

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

Φ

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

nibus altitudinem tuam demōstra, summūq; fastigium.

INITIVM LITERAE Φ.

FABEAS, qui & Hamilcar, Carthaginensium dux.

Abstinentia magistratus um. **FABIVS** Pictor, historicus Romanus, negat ulli magistratui Romanorum licere quicquam publicum in suos usus conuertere.

Pater pro filio Reip. satisfacit. Fabius Maximus, consul Romanus, bellum adolescens cum Samnitibus gerens, cū audacius quā tutius, rem administraret, cladē accepit, tribus millib. interfectis, & plurimis ad bellū inutilib. redditis. Itaq; Senatus imperiū illi abrogat. At pater huius, eiusdē nominis, superiorib. annis in multis praeliis uersat, orabat Senatū, ut cōdonaret Fabio culpam: pollicens se praestantioribus factis, filij delictū correcturum. Senatus uerecundia uiri motus, rursus imperium iuueni committit, legato ei patre dato, ut ne is per imperitiam offenderet. Is igitur in agrum hostilem profectus, rem bene gerit, & triumphat.

Favorinus Hermaphroditus. **FAVORINVS**, Arelatēsis Gallus, uir omni eruditione politus: sed semiuir, quem Hermaphroditum dicunt: summus philosophus rhetoricā uerò magis studiosus: floruit tempore Traiani Cæsaris, & uixit usq; ad Adriani Cæsaris tempora. Aemulatus est atq; imitatus Plutarchum Chæronēsem, infinita atq; assidua scriptione librorū. Scripsit & philosophica, & historica, quorū magnus est numerus. Ex libris eius etiam hi sunt: de Homeri philosophia, de Socrate, & de arte eius amatoria, de Platone, item de ratione uiuendi philosophorū, & alia. Scripsit etiam dicta sententiosa.

Veneficus hosti traditus. **FABRICIVS**, missis aduersus Pyrrhū copiis, dux designatus est, uir pridem regi notus, quiq; specimen euidentis magnitudinis animi sui edidisset. Nam cum castra ex aduerso haberent: quidam nocte captata, siue medicus, siue alius quispiam, regiae mensae minister, Fabricium conuenit, pollicitus, se uenenum regi daturum, si pecunia sibi ab eo daretur. Quem Fabricius odio profectus, propter eum conatum: Pyrho uinctum mitit. Quod factum Pyrrhus admiratus, magna uoce exclamauit: Hic est, & nullus alius, ille Fabricius, quem difficilius à sua uirtute, quā à cōsuetā uia Solem auerteris. Pyrrhus autē cū aleam de summa re arūiaceret, summa rerum excidit.

PHAGEDAENA, morbus pestilens: & Phagedaenæ, genus herbae.

Parasitus. Caelio damo. Tagenocnis. Φαγείν (ζών.) Iunius, homo equestris ordinis & uorax, familiaris fuit summis uiris, ac consulibus: appellatus est κελιο-φαγείν, *solheras*. δαίμων, quasi uentrideū dicas, quod summum bonū in gula & uentre poneret. Et *ταγλωκνισοθήρας*: id est, is qui sartaginis nidorem confectaretur.

10 Φαγείν.) Prouerbiū, ἔλθετε, φάγετε τῶν ἐμῶν ἄρτων. Adeste, edite meos panes.

Vindicta cesa (are uidetur). Φαέθων.) Sophocles: Vbi tandem sunt fulmina Iouis? aut ubi splendēs Sol? Nū hæc uidentes, dissimulant taciti? id est, cur non scelus istud in lucem proferunt? Et Homerus: Posteaquam Sol splendēs ascendit supra terram. εὐπερὶ δὲ ἥελι Φαέαθων ὑπερέεχε γαίης. Ostendit autē poeta, rotundum esse mundum.

20 Φακῆ.) Prouerbiū, ἐπὶ τὰ πλετῶν οὐδὲ εἶδ' ἠδέται φακῆ; πρὸς τὴ δὲ ὑπὸ τῆ πενίας ἀπαντα κατήδισεν. Ita ne ditatus, non amplius deletatur lente? Antehac autem propter paupertatem omnia deuorabat. De ijs qui è pauperibus euaserunt diuites.

30 Φακῆς.) [Dioscorides medicus Phacas cognomento dictus est, propter nigras in facie maculas. Prouerbiū, φακῆ γωνίαν κρατῆς, lentis angulum tenes. De iis rebus quæ fieri non possunt. Et φακὸν κῆρας, Lentem tundis. De rebus irritis & inanibus.

PHACEE, rex Israeliticus, qui bellum contra Achabum gessit, & uno die quingentos & mille uiros potentes è medio sustulit, ac 1300 mulieres & pueros captiuos abduxit.

Collyrium. Φάκελλον.) Apollo iubet uendi Nicæi fasciculum bybli quadringentis aureis, & in cineres redigi, & iis aqua paludis Mariæ madefactis inungi oculos.

40 Φαλαγγαρχίας.) Duæ merarchiæ, quatuor millia uiroꝝ, & sex continentes. Id nonnulli διπορμύλι κέραι, segmentū cornu appellāt: alij μέρος, partem. Olim autem & στρατηγίας militiæ præfecturam appellabant, & ducem στρατηγὸν imperatorem, nunc autem phalagarchen.

50 Φάλαγγες.) Acies, ordines: quidam autem multitudinem armatorum è pluribus ordinibus.

Φάλαγξ.) Plato in Hellade: Leges nostræ similes esse uidentur tenuibus, istis araneorum telis, quas aranea parietibus intexit.

Φάλαγξ.) Ordo militaris, *quadragenis

nis uiris constans. Consul Lucius nunquam antè uisa phalange, sed tunc primum apud Perseū conspecta, sæpè apud Romanos confitebatur, nihil se uidisse terribilius phalange Macedonica: quãuis multa non solum uidisset prælia, sed & ipse commisisset, si quisquam alius.

Φαλακρότερος (εὐδίας.) Magis caluus se renitate.

Φαλακρόν τίλλεις.) Caluū uellis: in eos qui frustra laborant.

Epistole Phalaridis.

PHALARIS, Agrigentinus, regno totius Siciliae potit⁹, Olympiade quinquagesima secunda. Scripsit epistolas prorsus admirabiles. Aelianus de eo dicit, Apollinem & Iouem patrem, morã mortis concessisse Phalaridi, spacium duorum annorum, quod Charitonem & Melanippum humaniter tractasset.

Chariton. Melanippus. χρονολογία.

PHALEC, uoce prophetica dimidium dicit temporis Christi aduentus. Ab Adamo enim usque ad diluuium Noe, anni sunt 2242. A diluuiio usque ad Phalec, anni 758: ut fierent anni ter mille. A condito enim mundo usq; ad assumptionem Domini nostri IESU Christi, anni sexies mille. (5.)

Φάληρον.) Portus Atheniẽsium, & municipium Antiochiã tribus, unde municeps Phalereus.

Φαλής.) Quemadmodũ Homerus componit pauorem cum fuga, & sociũ eius esse dicit: Admirabilis fuga (inquit) inuasit, timoris horribilis sociã: sic & Comicus, occasione inde sumpta, Priapũ Bacchi amicum esse inquit: nam Bacchicũ potum sequitur res uenerea. Phalliones autem in honorem Bacchi sic uocabantur, à phallis Bacchi.

Priapus Bacchi amicus, ut fugat pauor.

FALCIDIA lex à Cæsare Caio Octauiio sancita, autoritatem maximam etiã nunc habes in patrimoniorũ successiõibus, à Falcidio tribuno plebis lata.

Phalli, ficulnea ueretra, figura pudendi uirilil, post è rubro corio cõfecta: qb. de collo & mediis femoribus suspensil, Bacchanalib. in honorẽ Bacchi saltabãt.

Φαλλοφόροι, ἰθύφαλλοι αὐτοκάλυδοι.) Sũt genera Musicorum. Ac Ithyphalli ebriorum laruas habebant, & manicas uarias, & tunicã demissam ad talos. Phallophori autẽ, libro arboris, aut pelle tegebant faciem, hedera & uiolis coronati.

Φαμέας.) Excubias intuens (F. Fabea.) Fameas, quamuis homo nõ timidus, declinat prælium aduersus Scipionem.

Φάσαι ἐν ἑαυτῶ.) Dicere intra sese, co-

948
gitare est: dicere simpliciter, alteri ostendere est.

PHANES. Adductus est in Orphicis in medium Phanes, pudenda habes iuxta nates: quem dicebant præsidem generatricis facultatis, & Hericapœus alter, deuorans omnes deos, ut Saturnus.

PHANIAS, aut Phæniã, Erechus philosophus, Peripateticus, Aristotelis discipulus: uixit cẽtesima undecima Olympiade, & deinde sub Alexãdro Macedone. Fuit alius Phaniã, è ducum numero.

Φανών.) Perspicuum omne Φανών uocabant. Et quia ex uitibus faculas conficiebant: propterea dicitur Φανὸς ἀμπέλε, Luccerna uitea.

PHANOSTRATE, Apollodorus de Atheniensibus meretricibus, hanc dicit nuncupari Φθειροπόλλω, quod in porta stans, pediculos colligeret.

Φανών.) Aristoph. Parua quidẽ statura homũcio, sed pessimus: μικρός γε μήν. ἔτ' ἄλλ' ἄπειν κακόν. De Nicarcho loq̃t.

Φαντάζομαι.) Aristophanes: id quod confugerat, plus erat eo quod apparuerat.

Φαντασία.) Cum sciret opinionem de se, quasi pecuniam maiorem haberet: pro ratione negocij, ut licuit, consilium iniit. Romani magna cum pompa & affectu populi præcedebant, ad rem gerendam.

Φαντασία.) Visum, uisio, imaginatio. Phantasia est facultas animi, & cognitio ne & appetitione & uita prædita.

Φαντασία καὶ αἰσθησις.) Differunt inter sese phantasia & sensus. Sensus enim ad externa refertur, phantasia uerò in se ipsa cognitionẽ habet. Et sensus id quod adest tantum, & quod extrinsecus percipit, nouit. Phantasia uerò, sensibilibus rerum formas à sensu acceptas in sese refingit. Vnde & patibilem mentem eam appellat. Aristoteles: mentem quidem tanquam intus habeat aliquid, quod in cognitionem cadat, (καὶ ἐπιπέσει βολῆ, ὡσαύτ' ἐκείνο ἴπιβάλλουσαι, fortassis: ἰκείν. & ut illa, id est mens) & simplici apprehensione id apprehendat. Patientem uerò, quod cum figuris, & non sine formis. Dicta est autem phantasia, quasi Φαντασία: hoc est, eorum quæ apparuerunt statio. Phantasia enim est, status eorum quæ apparent. In ea enim, ea quæ extrinsecus apparuerũt, cõsistũt. Ambo enim in rebus particularibus cernuntur. Nam album quidem norunt, sed non uniuersum album. Differũt autem, quod

quòd ille externa, hæc interna nouit. Et phantasia quidem quinq; sensuum suscipit formas, quisq; uerò sensus suum tantum sensibile percipit.

Φαντασία & Φαντασμα.) differunt. Phantasma enim, hoc est spectrum, est figura aut species alicuius rei, cuiusmodi in somnis existit. Phantasia autem, est impressio in mente, hoc est commutatio. Non enim intelligenda est informatio, quasi forma sigilli. Nã fieri non potest, ut multæ formæ eodem tempore adsint. Intellegitur autem phantasia, ab eo quod est (κατὰ τὸ πᾶρρον) secundum id quod est, expressa, & informatata, & cõsignata: qualis esse non potest ab eo quod non est. Phantasiæ uerò quædam sunt sensibiles, quædam non sunt (Φαντασίαι αἰσθητικαὶ, νοητικαί.) Sensibiles quidem, quæ instrumento, uel instrumentis sensu: non sensibiles, quæ mente comprehenduntur: quemadmodum incorporeæ, & aliæ quæ ratione percipiuntur.

Φᾶος.) id est lumen. O' lumen castum Aer, æqualiter terræ distribute, ut mihi multas & lamentationum cantilenas, & multas sensisti cruēti pectoris plagas aduersas, ubi caliginosa nox desijt: Electra inquit. Ait autem se neq; noctu, neq; interdium desinere plorare. lucundissimum lumen erit diei, ijs qui aderunt.

Φάων.) Phaon. Dicunt hoc de amabilibus, & superbis. Nam Phaonem aiunt adamatum fuisse unã cum multis à Sappho, non poetria illa, sed Lesbia quadã: eamq; spe frustratã, præcipitasse sese de rupe Leucade.

Φαραὼ.) Pharaones uocabantur omnes Aegypti reges, à primo Pharaone.

Φαρισαιοί.) Pharisei separati, eo quòd distinxerint & separauerint sese ab alijs omnibus, cum puritate & exquisita ratione uitæ, tum obseruatione præceptorum legis. Phares enim Hebraica lingua segregationem significat, aut dissectionem. Eandem uitam etiam scribæ agebant, apud quos & ratio eadẽ erat, & cõtinētia & uirginitas, bis ieiunium in sabbatho, urceorum & catinorum & poculorum purgationes, decimæ & primitiæ, & assiduæ preces exceptis mirabilibus illis Essæis, ut qui lōgè sint superiores, & in altiore fastigio cõstituti. Quam sanè pharisaicam, ut optimam, degendæ uitæ rationem Paulus æmulatus gloriatur, cum ait: Israelita sum, de tribu Beniamitica, Hebræus, Hebræis nat⁹, lege pha-

risæus. Dormiebant aut pharisei in angustis tabulis, aut in spinis, aut scrupulis, ne scilicet à corpore afficerent: aut p somnia deceptis, obscœnus humor elaberet. Fautu & astronomia magni apud eos fiebant. (Φαρμακός.) Hostia piacularis: homo qui ad expiandam ciuitatem è medio tollitur, quem piaculum dicunt.

PHARMACVS.) Duos uiros, inquit Lysias, Athenis educebant, qui expiarēt urbem, in festo Thargeliorum: unū pro uiris, alterum pro mulieribus.

Φαρμακός.) Pharmacos dicunt, eos qui publicè aluntur. ut ciuitates expient suo interitu. Aristophanes: Tanquam seruos publicos eos alis. Deinde cum obsoniū tibi deest, quisquis horum pinguis fuerit, eum immolatum deuoras in cœna.

Φάρμαξι.) Pharmuthi, mēsis apud Aegyptios, q à Romanis Aprilis appellat.

Φάρμαξις.) Pharmutis, fluuius Nicæam præterfluens.

Φάρος.) fluuius Ciliciæ, cuius latitudo est iugerum trium. Et Pyramus fluuius, stadij latitudine. & Chalus, fluuius latitudine centum pedum, refertus magnorū piscium & placidorum.

PHARVS est turris Alexandria, quã erexit sub Ptolemæo rege Softratus Dexiphani F. in Pharo, insula Protei, quo tempore Pyrrhus etiam Achilles F. Epiri principatum suscepit.

Φάρυγξ, λάρυγξ, guttur, extrema pars arteriæ asperæ, quæ tribus cartilaginibus continetur, ea quæ ἀρτυρανοειδής uocatur, & Therioides, & ea quæ nomine caret: quæ cū à musculis illius loci contrahuntur & aperiuntur, uocem moderantur. Nã prout eæ uel contrahuntur, uel aperiuntur aut magis aut minus, uox distinguitur, sono acuto, uel graui, aliãq; in ea forma spectatur.

PHASELIS, nomen insulæ: & Phaselites, insularis. Prouerbum, Φασιλιτῶν θυμα, Phaselitarum sacrificium: de uilibus & incruentis usurpatur. Phaselitas enim falsamēta Calabro immolare, dixit Callimachus iu Barbaricis institutis.

PHASIS, nomen fluuij Scythiæ. Est etiã ciuitas Scythiæ Phasis, eiusdẽ nominis cū fluuiio: cuius incolæ Phasiani. Sũt & aues quæ Phasiani dicuntur: & equi, quorū femori phasianus est impressus. Iuxta Phasidẽ quidã pulchros equos nasci dicunt. Aristophanes. εἰ δοίης γέ μοι τὴν Φασίαν, ἢς τρέφει λεωγόρας. Si mihi dares Phasianos, quos alit Leogoras. De ijs

Phariseorū lectuli.

Fatum. Astronomia. Humanæ hostiæ.

Saginantur demagogi, ut deuorentur à plebe.

Pharus. Pyramus. Chalus.

Vocis moderatio.

Phariseorū scribas & sanctimoniam.

Essæorū excellentia.

Leogoras
Andocydis
pater.

qui se aliqd præstare posse negaret. Leogoras, unus ex ijs qui tum Athenis rempub. administrabant, pater Andocydis oratoris, fuit homo delicatus. Plato comicus ait: O' diuine Moryche, nam interea beatus es, & Glauceta, aut Psetta, & Leogoras: qui iucundè uiuitis, nulla de re solliciti.

Φάσις.) Phasis, id est delatio, dicitur de publicis accusationibus: si quis indicat aliquem habere publicū aliquid, quod nō emerit: aut si uideatur suffodere publicum metallum, aut prædiū, aut ædes, aut quiduis aliud publicum. Dicitur etiā de re familiari pupillorum: quam cū tutores nō elocabāt, quiuis eos apud prætorem deferebat, ut elocaretur. deferebat item, si minoris, quàm quanti esset, elocasset.

Φάσμα.) Alter taurus mugijt, malum omen Garmo: & spectrum illud potius hircus, quàm taurus esse uidebatur.

Φασις.) Polybius: Statuendum, esse boni imperatoris, nunquā sine deliberatione, neq; quauis de causa de summa rerū decernere, præsertim si sit imparatus.

Φάσις.) Interijisse Alexandrum falsa fama est, si modò uerax Phœbus est, qui negat inuictos attingi ab Orco.

Φρατρία.) Tribus in quadrantes diuiditur, ratione temporum anni: & quilibet quadrans in trientes, quas Trittyas & phratrias dicunt: ut 12 anni mēses exprimantur. Anastasius Silentarius, post factus impator, sub Euphemio patriarcha Constantinopolitano, suggesto facto, cœtus cum quibusdā agitabat. Euphemius uerò minitabundus illi edicit: ut aut, si frequentet ecclesiam, cū ea consentiat: aut prorsus ab ea abstineat, ne imperitiores peruertat. Sin secus, inquit, feceris, resecto capillo tuo, te in triumpho circumducam apud populos. Ex eo tempore quieuit (Vel, Nolebat amittere felicitatem & gloriam imperij.) Sequebatur enim Eutychnis opinionem.

Patriarcha
imperatoris
recoerct.

Φάσκε κηλῖς.) Arrianus: Verebatur, ne Alexandri classis destrueretur: & ea non leuis macula, factis eius magnis aspersa, omnem eius felicitatē obscuraret. ἀλλ' ἐκινηῆσαι αὐτῶν.) Vicit eum cupiditas, noui semper aliquid, & absurdi agendi.

Φαῦλον.) Plato: Serui Dominis nunquā sanè erunt amici, neq; paribus honoribus præditi improbi & boni. Euripides in Licymnio: Hercules simplex est, incōptus, maximis in rebus bonus: omnem

fapiētiam in factis collocans. Plato: Res est, ut apparet, non parua, neq; uirtutem paruam flagitat. Sophocles in Captiuis: Ego paruus magna uici. Demosthenes contra Timocratē: Lædentem uos, & infamia complere uolentem, non ulciscemini? Isoocrates: Qui suas res malè gestit, nunquam benè consulēt alienis.

Φαῦλον.) Lysias in epistola quadā: Cū te amari à me negas, maximæ improbitatis me cōdemnas. Si enim mores hos, ingenium hoc, animum hūc, & beneuolentiam ad eò apertè contēno, neq; congressus familiares & communes sermones supra modū amplector: quis me infortunatior fuerit, qui usq; ad eò desipiat.

Φαῦλος.) Claudius imperator Romanorum, nō malo fuit præditus ingenio, sed doctrina exercitatus, ad eò ut quz dā etiam conscripserit. Fuit admodum iracundus, & nimium seuerus animaduersor uitiorum.

Φαῦλος.) Demosthenes in oratione contra Aristocratē: Onomarchus fuit Phocensium tyrannus. quo uiuēte, unā cum illò etiam frater Phayllus rempub. administrauit.

PHAYLLVS, nomē cursoris optimi, Olympiæ uictoris. Aristophanes: Cum ego grandiusculus Phayllum cursorē, duobus calculis cæpi, id est reū peregi, cum eum accusarem ob maledictū. Fuit etiam celebris hoplito dromus, hoc est ex eorum numero, qui armati cursu decertant, quem uocabant Hodometron, quasi mēsores uia dicas. Fuit etiā quinquercio, de quo epigramma hoc extat: Quinq; supra quinquaginta pedes saltauit Phayllus, discum autem iecit ceterum pedes, minus quinq;. Fuit & alter pugil, & tertius fur. Aristophanes in Acharnensibus: Hei mihi ob meos amicos. nā adulescenti quidē istud mihi non accidisset, cum sarcinam carbonum ferens, sequebar Phayllum currens, cum essem incers ad eò gestator libationū. Sed iste, si tum eum persecutus essem, non ita facilè me effugisset.

Φαῦλος.) Aristophanes: Vtinam quāam facilè bolum istum es nactus, tam facilè amittas. Non facilè isto potitus es, uir egregie. Primū supputa ut cunq;, non calculis, sed manu.

Φαῦλος.) Diuina responsa ne malè feras: hoc est, ne molestè fertor oracula.

FAVNVS, filius Pici seu Iouis, quem Mercurium uocabant, nomine erraticæ stellæ,

Jupiter Picus. stella, quod astrorum peritus esset. Metallata is reperit, auri, argenti, & ferri: & horum confectionem tradidit occidentalibus. Vnde opum largitor uocatus est a popularibus. Cum aute a fratribus suis insidia illi tenderentur, in Aegyptum fugit, in tribum Chami, filij Noe: & ab ijs susceptus, & consuetudine illorum usus est, aurea ueste indutus: & uaticinans, diuinis affectus honoribus, quod ipsis diuitias impertiret.

PHAEACIA.) regio Phæacum, quæ nunc Corcyra dicitur.

PHÆAX, orator. Aristophanes: Sapiens ille Phæax, & solers, non interfectus est. Solers est hic orator, qui in ipso facinore deprehensus & conuictus, mortem effugit. Reprehendebatur autem, quod adolescentulos falleret.

PHÆDON, Elæus philosophus, Socraticis auditor, autor sectæ ab ipso dictæ Eliacæ: quæ deinde a Menedemo Eretrienſe, Eretriaca appellata est. Fuerat autem captus ab (f. ληστῶν à latronibus) Indis, deinde ueditus lenoni cuidam, & proſtitutus ab illo Athenis. Cum autem in Socraticum incidisset, illius disputationum amore captus, petijt ut redimeretur. Is persuadet Alcibiadi, ut eum emat: atque ex eo philosophus extitit. Eius dialogi sunt, Zopyrus, Medius, Simon: Antimachus, siue Presbytes, id est senex: Nicias, Simmias, Alcibiades, Critolaus.

Eliaca scilicet. E' captiuo scortum, e' scorto philosophus.

Aesopus. Φαιδρίας.) Dicunt Aesopum a Delphis periniuriam interijſſe, præcipitatum de Phædriadibus rupibus.

Φαινόμενα.) Plato libro de Republica decimo: Speciem, inquit, illa quidem habet, sed reuera non sunt. Et Aristophanes: Esse quidem ut sum, conspici autem non. hoc est, naturam non mutabo, sed formam.

Φαῖδον.) id est color pullus, compositus ex atro colore, & albo: hoc est, murinus.

Colorum genera. Colores alij sunt simplices, alij contrarij, ut albus & niger: alij compositi, ut medij illorum. Etenim hi certa mixtione contrariorum perficiuntur. Et sunt quidam illorum propiores albo, ut flauus: alij nigro, ut caruleus: reliqui uero medij horum, qualis ruber & fuscus. Eadem est & *Saporum genera.* saporum ratio. Simples sunt: alij contrarij, quemadmodum dulcis & amarus: alij mixti & medij. sed dulci propior pinguis, salſus amaro, reliqui medij horum. Non omnino autem medij, etiam mixti sunt. nam mixti quidem etiam medij sunt: sed non e conuerso, ut in coloribus. Fu-

scus enim color mixtus cum sit, est medius: ruber autem, aut uiridis, non omnino ex mixtione contrariorum fit: sed medium dicunt, ut qui nullum extremum habeat. Sic & in saporibus: Mixtus quidem est salſus, ut sal: nam ex amara aqua marina, & dulci gustum habet. Acris autem sapor, & austerus, & acidus, eo quod nihil extremorum in se habet, sic sunt medij. Si quid autem aliud uicinum his, id saporis est expers: ut humidum, quod pladarum dicitur, aut huiusmodi aliquid. Aristoteles octo genera saporum recensens, duos extremos relinquit, dulce & amarum: & sex medios ponit, uicinum esse statuens dulci pinguem, amaro salſum: in medio acerbum, austerum, acrem & acidum. Galenus autem inter simplices extremos dicit, non dulcem & amarum, sed

Aristoteles de saporibus.

Galeni ratio.

acrem & acidum Neque uero dissentiant. Hic enim ut medicus, tactiles intuitus qualitates, hos uocauit extremos: extremum enim est acre in calore, in frigore acidum. ille uero tanquam philosophus, non ad tactiles, sed ad gustabiles respiciens, sic eos inter se opposuit. Extremum enim est in gustabilibus, amarum & dulce. Plato porro tali usus ordine, septem dicit esse humores. Pinguem enim cum dulci coniungit, dicens, Id quod inungat, si quidem cum dulcedine coniunctum, efficere dulcem: si uero absque dulcedine, pinguem. Dulce enim dicimus, ut mel, uncta, ut oleosa: acidum, ut acetum: acerbum, ut pyra syluestria: austerum, ut uinum: salſum, ut sal: amarum, ut absinthium: acre, ut piper. Extremos autem dicit, acidum & acrem: extremis uicinos, acidum acerbum, acri amarum. Vicinos medij, amaro salſum, acerbo austerum, medium dulcem. Refert autem hos ad septem Planetas: acidum ad Mercurium, acrem ad Martem, amarum ad Lunam, dulcem ad Solem, salſum ad Venerem, austerum ad Iouem, acerbum ad Saturnum. Causam autem huius rei, ut nugacem, negleximus.

Platonica diuisio saporum.

Planetarum saporis.

Φαῖδον.) Menippus Cynicus in eadem ostentionem impegit, ut furiali habitu uteretur, & se ab Inferis inspectorem esse delictorum missum, eaque illud renunciatum esse diceret. Fuit autem uestis illa pulli coloris, ad talos usque demissa, astricta cingulo Persico: pileus Arcadicus, in capite 12 (Zodiaci signa) elementa habens intexta: calcei tragici, barba ingens, baculus in manu fraxineus.

Menippus internumcius Inferorum.

PHÆSTVS, urbs Cretæ. Homerus: Phæsti paruus lapis magnum fluctum coer-

cet.

Maleri saxum. cet. Malerus enim quidam, cū absoluis-
set lapidem hunc, cōsecrauit Neptuno,
ut ne fluctus Phæsto appropinquarent.

Februarius
Camilli ob-
trechtator. FEBRVARIVS, dicitur mēsis à con-
sule quodam, natione Gallo. Cum enim
triumphum de Tyrrenis egisset Camil-
lus, ex æmulatione Februarius pro sugge-
stu clamat, Camillum nō fuisse uictoriæ
causam, sed Romanorum fortunā. Con-
finxit etiā literas, & falsa testimonia con-

Februarij
pœna. tra eum comparauit, quasi regnū affecta-
ret. Deinde concitato populo, urbe illū
expulit. ut autem Camillus post captam
Romam reuersus, Brennum cum Barba-
ris sustulit, causā in iudiciū adducta, de-
monstrauit, omniū rerum autorem fuis-
se Februarium: proptereaq; ueste exutū,
& iuncēa storea indutum, à Tribuni mi-
nistris, qui uernaculi dicuntur, flagris cæ-
sum, urbe expulit: & mensem qui ab illo
nomen habet, breuiorē cæteris effecit.

Φεγῶρ βεῖλ.) Phegor Beel, Saturnus.
Φεγῶρ, locus in quo colebat. inde βεελ-
Φεγῶρ, id est ædes Saturni.

Φελλαγωγία.) Phellagogia, 'celebritas
apud Romanos usitata, in qua alij alios
deridebant.

Φελλεός.) Phelleus, locus & mons At-
ticæ durus. capræ autem in durioribus
& editioribus locis degunt.

Φενάκη.) Accuratè inq̄siuerūt, nec im-
postura ulla in ea inspectiōe uersata est.

Nonactis
Styx. PHENEVS, urbs in qua fuit Nona-
cris rupes, è qua aqua Stygis fluit, ut ait
Herodotus.

Φερασις.) Scutifer. Acerbum inter sese
Hector beneficium, atq; clypeatus Ajax,
è bello monumentum tulerūt amicitia.

Φερέγγυος.) τί γὰρ κελεύεις ὦν ἐγὼ Φερέγγυος;
Quid uerò iubes, quod à me præ-
stari possit?

Φερεθεῖς.) Vasa ad ostentationem com-
parata, argentea & aurea, eum præcede-
bant, & armati multi, & regius ornatus,
& fercula cum imaginibus regum, & si-
mulacra quædā: ipseq; VAPHRES post
omnia gestabatur in aurea æde. Gestato-
res autem erāt sacerdotes grauissimi, &
perfectissimi.

VAPHRIS
pompa.

PHERECRATES Atheniēsis comi-
cus, Alexandrū in bello secutus est. Egit
comœdias septendecim.

PHERECYDES (f. Babis F.) Babius,
Syria, Syra, non procul à Delo. Vixit tempore
Halyattis, ut fuerit æqualis septē Sapien-
tum, natus circa quadragesimam quintā

956
Olympiadem. Ab eo institutum esse Py-
thagoram, fama est: ipsum uerò non ha-
buisse præceptorem, sed sese exercuisse,
cum libros Phœnicum reconditos com-
parasset. Primum etiam pedestri oratio-
ne scripta edidisse quidam ferunt: cum
hoc alij Cadmo Milesio tribuant. Et pri-
mum sermonem de animorū in alia cor-
pora transmigratione habuisse. Aemula-
tus est Thaletis opinionē. Multitudine
pediculorum consumptus diem obiit.
Omnia eius scripta hæc sunt: Heptamy-
chus (nomen factum à septē recessibus)
siue Theocrasia, id est temperies deorū:
aut Theogonia, id est deorum ortus. Est
autem Theologia libris decē descripta,
deorū origines & successiones cōtinēs.

PHERECYDES Atheniensis, anti-
quior Syrio, quem coegisse Orphei scri-
pta ferūt: scripsit de indigenis (sunt autē
libris decem Atticæ antiquitates com-
prehēsa) & adhortationes uersibus. Por-
phyrius autem superiore nullum admit-
tit antiquiorem, sed illū solum putat au-
torem solutæ orationis.

Pherecydes Lerijs, historicus, natus
paulo ante septuagesimam quintam O-
lympiadem: scripsit de Lero, de Iphige-
nia, de Bacchicis festis, & alia.

Φέρε νύ.) Age affer nūc mihi pennam
de galea. Pennam quærit, uomere uult.
Solent qui difficulter uomūt, penna uti,
quò facilius uomant.

Ferērium, ciuitas Samnitum in Italia:
gentile, Ferentinus, & Ferentinās.

Φερεν.) id est ferre. Ea quæ diuinitus
accidunt, æquo animo sunt ferenda.

Φέρον ἐκ θεῶν καλῶς Φερεν ζῆν.
Φερομένως.) Diuites superiores facti, po-
pularium circiter septingentos compre-
henfos, in uincula conijciunt.

Φερσεφόνη.) Phersephone, nomen deæ
infernalis, quæ & Persephone, id est Pro-
serpina, & Phersephassa dicitur.

Φῶς.) Sophocles: Heu heu sapere q̄
graue est, (ὅτι μὴ τέλη λυεῖ φρονεῖν, pro
λυσιπλή) ubi sapientia non conducit sa-
pienti. hæc enim ego pulchrè callens, in-
terij. neq; enim huc peruenissem. Quàm
graue, inquit, est sapere, cum sapiētia sa-
pienti non prodest. Heu quantum ubiq;
possunt duò isti oboli: id est, largitiōes,
quāuis tenues: partim propterea quòd
dicitur, mortuis in os duos cōijci obo-
los: & mercedem, quæ iudicibus daba-
tur, duos fuisse obolos. Fuerunt etiā tres
oboli, quos duces per insolentiam adie-
cerunt.

cerunt. Et cum de nauo esset locutus, Quomodo traiciam? respondit, In nauicula ista homo senex, mercede duorum obolorum accepta, te transfuget.

Φόροντας.) Reorū potius misereri decet, quā accusatorum, & illachrymare ad preces illorum. (soluetur.

Φόροντας.) Vtiq; si accusabitur, facile ab-
Φόροντας.) Plato: Fugiendum est hinc, qualis autem est fuga? Imitatio Dei, si iusti & sancti cum prudentia fuerimus: deniq; uirtutibus præditi, nō ciuilibus quidē illis, sed maioribus, quæ nominibus iisdem appellantur.

Φέψαλος.) Malè audiunt Milesij, quasi adulteri. Quia pax est, clypeus in culina pendebit.

PHEA, nomen urbis Eleæ regionis.

PHIDIAS, statuarius, statuam eburneam Mineræ fecit. Pericles autē, cum sumptuum ratio mādāta illi esset, quinquaginta talenta furripuit. Quorum ne reddenda esset ratio, bellum cōflauit. Et prouerbiū: *Φειδίας ειρήνη προσήκει*, Phidias congruit paci, tanquam artifex: quæ formosa esse statuitur. Polybius: Lucius Æmilius, templum Olympicum ingressus, Iouis statuam cum uidisset, præ admiratione stupens, dixit, solum sibi Phidiam uideri Iouem Homericū expressisse. Nā se, cum magnam de Olympia expectationem habuisset, maiorem expectatione sua offendisse ueritatē. Perinde hoc existimo, ac si Myrmecides arti Phidiæ se opponeret.

Φειδομα.) Num parcemus his magis, quām lupis? Quos alios ulciscemur, his inimiciores? Fortassis autem hoc in prouerbiū abiit. nam olim lupos occidebant in Attica: & lege sancitum erat, lupi ut occiderentur. Itaq; q occiderat catulū lupi, talentū accipiebat: qui adultū, duo.

Φηγαιεύσι.) Phegus, municipium Aiaciæ tribus: unde Phegænsis.

Φηγός.) Fuerunt arbores ingentes, fagus & abies, & quercus & tilia.

Φηγός.) Phegus, municipium Erechtheiæ tribus: unde Phegusius.

Φηλέν.) Menāder in Piscatoribus: Duæ familiæ senum, ut ais, uæcordium sunt decipiendæ. In fabulis: Illecebris decerta uelox cerua.

Φήμη.) Filia Spei immortalis Fama, eo quod spe quidam concepta, responsum à Deo petunt. Fama uirum bonū etiam in recessibus telluris ostendit, ut inquit Euripides.

Φημί.) id est dico. Arcefilaus philosophus natura hac uoce inter differendum utebatur: Dico ego, non assentietur his ille, cui nomē subijciebat. Et Dauid, Dixit iniquus: pro eo quod est, cēset, existimat.

FESTVS, temporibus Valentis in Asiam ablegatus est proconsul (*τῶν γλωσσῶν τῶν βασιλικῶν ἑπιπέσιον*. f. Fisco imperatorio præerat.) Regia autē lingua eius fidei cōmissa fuit. Ablegatur autem sic, ut poetico & fabuloso Echeto similis esset: & si quis alius Thessalus aut Sículus tyrannus fuit, is præ eo ut ludus iocusq; esset. Erat autem insanus ille non extrinsecus, sed intrinsecus furebat atq; insaniebat, (*ἀνήρ φύσει πονηρός, καὶ ἐξασίαν ἔχων*) uir natura malus, & potestate præditus. Cum autem suppliciorū immanitatem in palatio florentem reliquisset, nullum genus iniquitatis prætermisit, aut petulantia: sed in eam uecordiam incidit, & crudelitatem, ut & Maximum gladio interficeret, Cærano Ægyptio post eum iugulato: & dum adhuc caleret & ferueret illo scelere, omnes unā interficiebat, & cremabat.

Φιαλῆς.) Age acutum, porrige phialam, ut precati deos, rem auspicemur. Aristophanes.

Φιβαλῆς.) cum arida ficus *ιχθῆς* ab attenuando dicatur, & strigosos homines phibales (ficuum id genus est) uocat.

PHIGALEA, uicus Arcadiæ: unde Phigalensis.

PHILAGRIUS, Lycius Macrensis, ut inuenitur apud Eugenatorē: ut autem in epistola ad Philemonē, de iecore indurato, ipse Philagrius scribit. Epirota fuit medicus potius, discipulus Naumachij, post Galeni tēpora medicinā fecit, maxima ex parte Thessalonica. Cōscripsit libros medicos, singulos (*μονόβιβλα σωματικῶν γράματα*) septuaginta, cōiunctos non paucos, commentarium in Hippocratem.

PHILAMMON, pugil Atheniensis, qui omni tēpore suos aduersarios uicit. Philammon alius, quem ferunt Thamyris Thracis patrem fuisse.

Φιλαμπελωτῆ τῆ ειρήνης.) Vites amāt pacem. tempore pacis enim terram conferimus: contra belli, deserimus.

Φιλαργυρία.) auaricia, est uehemens opinio de pecunia.

Φιλέταιρος.) Philetærus Atheniensis, comicus, filius Aristophanis comici. Comœdiæ eius sunt uiginti & una, quarum de numero hæ sunt: Achilles, Co-

Dei simili-
udo.

Pericles fur-
um & bel-
li concitator.

Pax formosa.
Iupiter Olympicus.

Myrmecides.
Phidias.

Luporum
caedes.

Fama.

Maximi
Cæroni
des.

tin.

rinthiates, Cynegias, Philaulus, Cephalus, Tereus, Enopion, Antyllus, & Auto-philetærus: ut autem quidam aiunt, Nicoftrate, Atalanta, Lampadophori.

Φιλεργός.) Illi quidem præ negligetia, fugaq; laborum, uacordes & indocti ad illum redeunt.

Φιλερῆσαι.) Menæder: Cōtentio principatus inter eos exorta, diremit copias.

Φιλέψιος.) Philepsij meminerunt antiquæ comœdiæ auctores, eum in medijs concionibus fabulas narrare solitū. Reprehensus est etiam nomine calliditatis.

*Explicatio
somnia.*

Φιλεῖν ἐγείρει δυσμενῶν μακρὰς μάχας.) Oscula excitāt hostiū diurnas pugnas.

Φιλεῖ.) Plerunque fit, ut secus eueniat quàm existimaueris.

εὐμεταβολοί εἰσι.) Mutabiles sunt, qui bruta cupiditate, ad doctrinam aliquam incitati ueniunt. Merces igitur exigenda est, dum feruet cupiditas.

Φιλεῖ πρὸς τὰ χρυσᾶ πᾶς ὄραν.) Solent omnes aurea intueri. Quod FORTUNA, eodem etiā FAVOR hominū inclinat.

PHILLIDAE, Familia Athenis: unde sacerdos Cereris & Proserpinæ deligitur, quæ initiat mystas Eleusine.

Φιληδία.) Vos præ uoluptate grunnientes, sequimini matrē porcelli (*ἔπειθε μητρὶ χοίροι.*)

Φιληλιάςης.) Helixā maximum prætorium Athenis: unde Phileliastes, litium amans dicitur.

PHILEMON, Syracusanus, filius Dāmōnis, comicus fuit, nouæ Comœdiæ scriptor. floruit sub Alexāndri regno, paulo antè Menandrum. Conscripsit comœdias circiter nonaginta, & uixit annos nonaginta nouem. Quidam dicunt, unū & centum: & uehementi risu interiit. Hic

*Comœdiæ.
Actus.*

Mors. Philemon corpore fuit integro, atq; etiam omnes sensus illæso felicitate quadam (quod in confesso est) conseruauit.

Valetudo. Cum autem Athenienses & Antigonus intēt se bellū gererent, in Piræco degens Philemon, in somnis uidet uirgines nouem, ex ædibus suis exeuntes: quas interrogare sibi uidebatur, quid sibi uellent, quod à se recederēt? Videbatur autem illas dicentes audire, se foras prodire: nefas enim esse sibi auditu. Eo somno sic finito experrectus, puero narrat omnia quæ uiderat, & omnia quæ audierat, & quæ dixerat. Deinde Comœdiæ, cui scribēdæ intentus erat, reliquum absoluit: & inuolutus, quæ dormiuit, (*καταπερέαξε*) & deinde se erexit. Acij qui

Somnium.

984
intus erant, eum dormire putabant. Sed cū id diutius duraret, detecta facie, mortuum uiderunt. Adfuerant igitur, Epicure, Philemoni etiam nouem Musæ: & cū fato decretum atq; ultimū illud iter ingressurus esset, ab illo discesserunt. Dijs enim nullo modo licitū est uidere mortuos, etsi sunt planè amici: neq; oculos inquinare. Tu autem fatue, negas ipsos habere nostri rationem. Sic Aelianus in libro de Prouidentia dicit.

PHILEMON iunior, & ipse comicus, filius Philemonis comici, edidit quinquagintaquatuor comœdias.

PHILETAS Cous, filius Telephi, Philippi & Alexandri ætate floruit, grāmaticus Criticus: qui extenuatus in inquitenda uocata mentiēte oratione, obiit. Fuit etiam præceptor Ptolemæi secundici: con-

scripsit epigrammata, & elegias, & alia.

FELICISSIMVS, princeps temporē Aureliani imperatoris.

Φίλιος.) Iupiter amicitiae præses. Menæder in Androgyno: Testor amicitie præfidem, ô Crator, Iouē. Pherecrates Crapatalis: Iudices, qui nunc iudicant, uero peierare, & iniquè iudicare: alioqui per Iouem, amicitie præsidē, sermonem ad uos alterum Philocrates habebit, multo maledicentiorem isto.

PHILIPPIDES Atheniensis, & ipse comicus, nouæ Comœdiæ scriptor, filius Philoclis, centesima undecima Olympiade. Edidit comœdias quadragintaquinque.

Philippides, Atheniensis cursor, mille & quingenta stadia una nocte & die cōfecit, ad Lacedæmonios pfectus: quos leges non sinebant expeditionem suscipere ante plenilunium.

Philippides, fuit unus ex illorum numero, qui reipublicā administrabāt apud Athenienses, homo tenui corpore. Quare Alexis *πεφιλίππῶδαι*, Philippidi similit̄ factum, pro attenuatū esse dixit.

PHILIPPICVS, qui & Bardanes, Iustiniano imperatore interfecto, uisus est inhonestè & supinè imperium administrare. Et patres in œcomenico concilio anathemate notauit, diuinitus ab illis decretas duas in Seruatore uoluntates & actiones nō probans: cum adiutores haberet Ioannē tum pontificē urbis, & Germanum Cyzici metropolitanum, & alios sacerdotes, & senatores plurimos.

Philippicus, dux Orientalium militū habuit Heraclium, Imperatoris Heraclij,

patrem, ducem partium secundarū. Cum autem malè bellum gereret Philippus, & ad pugnam inutilis esset: Heraclio eius sunt commissæ copiæ. Desponsa fuit Philippico Mauricij filia.

PHILIPPVS, Amphipolites historicus, scripsit Rhodiacos libros nouendecim: sunt autē prorsus obscœni. Coanos libros duos, De sacrificijs duos, & alia.

Philippus sophista, de spiritibus scripsit, ex Herodianò, secundum literarum ordinem. Et de synalœphâ.

Philippus, comicus. Comœdiæ eius sunt, Codoniastæ: ut Athenæus in Dîpno sophistis.

Clementia
potentior
armis.

Philippus, uictis ad Charoneam Atheniensibus, non tantum profecit armis, quantum moderatione & humanitate. Nam bello quidem & armis solos eos superauit, qui in acie contra steterat. Aequitate autē animi, & moderatione, omnes Athenienses simul, & illorum urbem cepit: non iracundiæ secutus impetum in regerēda: sed eò usq; bello gesto, perductaque uictoria, dū occasio se obtulisset, suæ clementiæ & bonitatis declarandæ. Itaq; sine precio dimisit captiuos: & Antipatrum Atheniensium occisos humare iussit, atq; etiam colligi eorū ossa: & eorum quos domum remittebat, plerisque uestitis, propter ingenij solertiam, maximum facinus edidit. Animis enim Atheniensium magnanimitate sua percussis, loco hostium eos ad quoduis officium alacres ad iutores habuit.

Victis corporibus
eō
tiam animos
capit Philippus.

Crudelitas.

Philippus Macedo multis uitam eripuit: eorumq; filios deinde comprehendit, hoc uersu addito:

Stultus est, qui occiso patre filijs parcit.

Φιλίππος ἀλεκτερών.) Philippi gallus. In eos q; ob leuiculos successus sese iacitāt.

PHILISCVS, comicus. Comœdiæ eius sunt, Adonis, Iouis partus, Themistocles, Olympius, Panos partus, Mercurij & Veneris partus, Dianæ & Apollinis.

Philiscus, Corcyæus, Philotæ filius, tragicus, & sacerdos Bacchi, sub Philadelpho Ptolemæo fuit: & ab illo Philiscus uersus appellatus est, quod illo frequenter uteretur. Est autem ex secundo ordine tragicorū, qui septem Pleiās dicti sunt. Tragœdiæ eius sunt quadragintaduæ.

Philiscus, Aeginera, Alexandrum Macedonem literas docuit. Ipse autem auditor fuit Diogenis Cynici: secundum Herippum, Stilponis. Conscripsit dialogos, quorum de numero est Codrus.

Philiscus, Milesius orator, Isocratis oratoris auditor. Fuit autem prius tibicen maximè admirabilis, propterea & Isocrates eum ἀλωτρευστην, tiliarū perforatorem uocabat. Scripta eius sunt hæc: oratio Milesiaca, Amphictyonica, ars dicēdi libris duobus, Isocratis (διτὸ Φαυσίς, pronunciatum siue declaratio.) negatio.

Philiscus, uel Philistus Syracusanus historicus, cognatus fuit Dionysij Siciliae tyranni: in nauali contra Carthaginenses prælio occubuit. Fuit discipulus Eueni, elegiaci poetæ. Scripsit Sicula, id est res uariè gestas ab eis aduersus Græcos, & genealogiam, de Phœnicia, & alia quadam de insula Sicilia.

Philiscus Aeginera, cum Athenas spectandi gratia uenisset, audito Diogene, Philosophiæ operam dedit. Huius autem pater misit ad eum accersendum, fratrem. Sed idem illi quoque accidit. Deniq; pater utruq; reuocaturus, ipse etiam philosophatus est. Diogenis familiaritate Phocion etiam, cognomento bonus, usus est. Corinthi humatus est, cane in eius monumento inciso. Sinopenses etiam statuam in illius honorem erexerūt. Epigramma: Senescit etiam æs uetustate: sed tuam gloriā nec omne æuum Diogenes destruet. Solus enim sententiam uitæ seipsa contentæ demonstrasti mortalibus, & uitæ uiam expeditissimam.

Diogenes
patrem
et
filios ad se
pertrahit.

Phocion.

Diogenis
sepultura.

PHILISTION Prusaensis: aut, ut Philon, Sardinianus, comicus. Obijt tempore Socratis, scripsit comœdias Bæologicas, & immodico risu extinctus est. Comœdiæ eius sunt, Misopsophiste, id est ofores ratiocinatorum. Hic ille est, qui scripsit librum Philogelum, id est risus amantem: eum nimirum librum, qui ad tonsorem refertur. Verum magis, ut Nicænus, ab omnibus celebratur, ut testatur Epigramma: Qui mœstam hominum uitam risu miscuit Nicænus Philistion.

PHILISTVS Naucratis, aut Syracusanus, Archonidæ filius, discipulus Eueni, elegiaci poetæ, primus ex arte oratoria historiā scripsit. Composuit artem dicendi, Aegyptiaca libris duodecim, res Siculas libris undecim: & aduersus Tricaranum, orationem de Naucratis. De Dionysio tyranno libros sex. De Aegyptiorum theologia lib. 3. Conciones, & alia quadam de Lybia & Syria.

PHILITIA, conuiuia, quæ cōiunctos cum uoluptatibus habuerūt labores. Neque enim lectulus aliquis sterneretur cō-

T uiuan-

uiuantibus, sed sub cubitis cauatus erat lapis, aut lignum.

Φιλοδωρία, id est liberalitas siue benignitas. Munus alacriter datum est. Ille fratur benignitate inimicorum.

Φιλοκλής ἢ Φιλοχόλης.) Philocles seu Philocholes, Polypithis filius, Atheniensis tragicus, Euripide posterior, cognomento Bilis, propter amarulentiam. Scripsit tragedias centū, quarum de numero & hæ sunt: Erigone, Nauplius, Oedipus, Oeneus, Priamus, Penelope, Philoctetes. Aeschyli ex fratre nepos fuit: habuitque filiū Morimū tragicū, è quo natus est Astydamas tragicus, & ex hoc alius Philocles dux.

PHILOCLEES, comœdiæ poeta, turpi facie. Fuit enim capite acuto, & fastigiato, instar upuæ. Fuit Aeschyli ex sorore nepos. Alij Halmiona eum dicunt, quasi salinatorem, ob acrimoniam.

PHILOCRATES, Struthius, fuit auceps. Si occiderit quispiam uestrum Philocratem Struthium, accipiet talentum: si uerò uiuentē illum adduxerit, quatuor: eo quòd congregat passerēs, & septenos obolo uendit: deinde inflat turdos, & ostendit eos omnibus, & corrumpit. Merulis autem in nares inserit pennas: itēque columbas capit, atque includit, & cogit de cipere illigatas reti.

PHILOLAUS. Sic olim & Philolaum, patria Croton sustulit, cum eum putaret uelle domum tyrannicam habere.

Φιλομαθής.) Xenophon: Oportet sanè eum cupidum esse discēdi omnia, nec ijs quæ didicerit solis uti: sed & effectorem esse machinarum aduersus hostes.

PHILOXENUS Euletidæ filius, Citherius, lyricus, scripsit Dithyrambos uiginti quatuor: obiit Ephesi. Direptis Citheris à Lacedæmonijs, emptus est ab Agesylo quodā, ab illoque educatus: & Myrmex, i. formica dictus. Post obitum autē Agesyli, eruditus est, à Melanippide lyrico emptus. Callistratus eum ait Heracleæ Ponticæ natum. scripsit carmine lyrico genealogiā Aeacidarum.

Philoxenus Alexandrinus, grammaticus, Romæ docuit. scripsit de monosyllabis uerbis, de punctis Iliadis, de uerbis in *μ*: desinentibus, de conduplicatione, de dimensionibus, de Syracusanorum dialecto, de Hellenismo lib. sex: de coniugationibus, de glossis quinque, de Homericis glossis, de Laconum dialecto, de Ionica dialecto, & reliquis.

Parasitus
facetus.

Philoxenus, Leucadij filius, parasitus.

Hunc dicunt, post lauationem in patria, & alijs urbibus, circuisse ædes, sequentibus eum pueris, qui ferrent oleū, garū, acetū, & alia condimenta, & ingressum ædes athenas, ea quæ coquerent condijisse, ijs iniectis quibus esset opus, καὶ ἔταως εἰς αὐτὴν κούψαντα δωχεῖσθαι. Ac deinde sic ad se ipsū inclinatū cōuiuari.) atque ita cōuiuatū esse. Hic igitur cū gulosus esset, Ephesū nauu aduectus, cū cauponā uacuā reperisset que sita causa, omnia ad nuptias coëpta esse audiuiisset: lotus accessit inuocatus, cātatoque hymenæo post cenā, oēs exhilarauit. Ibi spōsus: Et cras, inquit, hic cenabis. cui ille respōdit: Si nemo opsoniū uēdiderit. Idē optauit sibi gruis collū dari, ut deglutiendis lauticijs diutius delectaret. Idē Philoxenus cū epulis ualde afficeret, & cœnans aliquando apud Dionysium tyrannū, magnā illi triglam (mullum) esse appositam uidisset, sibi uerò paruam: eam sublatam auri admouit, quasi uellet quædā ab illo de statu Nerei percontari. quæ responderit, se adolescētulam esse captā, eoque talia ignorare: eam uerò quæ apposita sit Dionysio, natu grandiolem, scire omnia quæ cognoscere uelit. Dionysius itaque cum risu triglam illam ei misit.

Φιλοξένος χαμμάτιον.) id est, Philoxeni libellus: de ijs qui nō faciūt ea, ob quæ accersunt, sed repudiāt potius. Philoxenus em̄ Citherius, cū Latomias Syracusanas effugisset, in quas cōiectus fuerat, quod Dionysij tyranni tragedias nō approbaret, cōmoratus est Tarenti Siciliæ (Italia) urbe. Cum autē Dionysius eum accerseret, & per literas etiā peteret ut ueniret: Philoxenus rescribere non statuit. Sed tabulis literā A duntaxat, sæpē inscripsit: eaque re significauit, se repudiare inuitationem.

Φιλοξένιοι ὠλακῆντες.) Placentæ Philoxeni.

PHILOPOEMEN, Achaorum magister equitū, fuit è numero clarissimorum uiuorū in Arcadia, primū honesto loco natus, educatus & institutus à Cleandro Mantinensi, patrio suo hospite. Aetate autē adultiori æmulatus est Ecdemū & Demophanē Megalopolitanos: quæ exulantes propter tyrānos, Arcefilao philosopho, familiares, adiumento fuerunt ad Neoclē Sicyoniorū tyrannū pellendū. Fuit in uictu accuratus, & frugi supra (κατὰ πλὴν πέντε) modū: κατὰ πλὴν, ἢ καὶ ὑπερβολῆν. Non potest se reipublicæ bene præesse eū, qui priuatim negligēter ageret: neque illum à pecula

Magisterium
equitum.

tu fore immunē, qui lautius uiueret quā
reditus eius tolerarēt. Acceperis autē equi-
tibus prorsus corruptis, animis q̄ abiectis:
non tantum eos meliores, quā fuerant,
reddidit: sed & aduersarijs prastantiores
exiguo tēporis spacio effecit: omnib. ijs
ad uerā exercitationē & æmulationē effi-
cacē perductis. Nam alij pleriq; suscepto
hoc magistratu, ppter suam in re equestri
imbecillitatē, (ὅθεν τῆς πλεονεξίας τῶν ἑλλήνων
καθῆκεν ἡ αἰτία.) ne proximos quidē
obiurgare audent. alij imperiū appetētes,
in eo magistratu quasi mercede alliciunt
adolescentes, & beneuolos in posterū sibi
adiutores efficiūt nō obiurgantes eū cui
opus est: qua ratione respub. cōseruatur:
sed dissimulātes peccata, & ob exiguam
gratiā in magnis rebus eos qui ipsis cre-
diderunt, lædentes. Si quando autem ma-
gistratus & corporibus ualidis, & à pecu-
latu animis alienis sunt: peruersa tñ imita-
tione magis corrumpūt pedites, quā ij,
qui eos negligunt, ac magis etiā equites.

Philopœme-
nis pater,
& præce-
ptores.

Plurimum celebrant Arcades Philopœ-
menis, tum consilia, tum strenua facino-
ra. Pater eius fuit Craugis, nulli Arcadum
Megalopolitanorum splendore generis
secundus. Quo defuncto: tum alijs præce-
ptoribus usus est, tum Megalophane &
Ecdelo, Arcefilai Pitanaei discipulis. Ac
statura quidem, & robore corporis nemī
ni Peloponnesiorū celsit. Facie uerò de-
formi fuit: ac Athleticis certaminib. exer-
cere sese noluit: sed agros quos habebat,
excoluit diligenter. Ac ne uenatione qui-
dem & feris tollendis abstinuit. Legebat
etiā libros sapientiā prastantiū uirorū a-
pud Græcos: & monimenta, id est histo-
rias, & q̄quid norat pertinere ad doctri-
nā Strategematū. Quāuis autē uniuersam
uitā suam ad imitationē & morū & facto-
rum Epaminondæ instituire decreuisset:
non tñ exequare se cum illo in omnibus
potuit. nam Epaminōdas cum alijs uirtu-
tibus ornatus, tum minimē iracūdus fuit:
à quo affectu Arcas hic nō erat immunis.

Agricultu-
ra.

Lectio.

Epaminon-
de imita-
tor.

Cum autē Cleomenes Megalopolin occu-
passet: Philopœmen neq; calamitate ino-
pinata perculsus est: & iuuenū ferē duas
partes, cum uxoribus & liberis, Messenā
incolumes perduxit. Cum uerò Cleome-
nes missis caduceatoribus, quasi eius fa-
cti pœniteret, Megalopolitas domum re-
dire uellet: Philopœmen suasit, reditum
in patriam armis, non pactione esse faciē-
dum: & prælio cum Cleomene cōmissō,
Philopœmē, qui inter equites erat uidēs

Cleomenes
Megalopo-
lin occu-
pat.

peditatū laborare, ultrò ex equo descēdit:
dumq; fortissimē dimicat: Lacedæmoni⁹
quidam utrunq; femur eius confixit. Ille
uerò, quāuis ita impeditus, in genua pro-
cubuit, & progredi contendit: ita ut pedū
agitatione hastam fregerit. Post uictoriā
ad castra ductus cum esset, ex utroque fe-
more medici quidem hinc posteriorē ha-
stæ partem, illinc uerò cuspidem extraxe-
runt. Antigonus uerò, ut eius audaciā fa-
cinora uidit, operam dedit, ut in Macedo-
niam eum pertraheret. Philopœmeni ue-
rò id quidem minimē curę fuit: sed profec-
tus in Cretam, *μειδοφόρος*, id est merce-
narius dux Megalopolin redijt, & impe-
rator Achæorum est designatus.

Φίλ.) Sophocles in *Electra*: Hei me
miseram, quā nihil mihi commodauit
uetus illa tui educatio, in qua iucundum
cepī laborem. Neq; enim unquam matris
fuiſti amātor, quā mei. Quis uir bonus
non sibi ipse est amicus: nam bonus uir &
amicis, & sibi ipse utilis est.

Φίλ. *ἑπερ.* *αὐτῆς.*) Amicus, alter ipse.
E rebus bonis & expetēdis alię sunt per
se optabiles, ueluti felicitas, & quæcunq;
honorabilia sunt: alię propter aliud, uelu-
ti secari, exerceri, pecuniam facere. alię &
per se optabiles sunt, & ppter aliā, ut uir-
tutes: eas enim & propter sese, & propter
felicitatem amplectimur. & bonam uale-
tudinem per sese expetimus: exercitatio-
nem uerò propter sanitatem. Optabilior
igitur est bona ualetudo exercitatione.
Quòd si amicum, tanq; nosmetipsos, am-
plectimur (siquidē amicus alter ipse est)
pecuniam uerò propter nosmetipsos: op-
tabilior est amicus pecunia. optabilis e-
nim quisq; sibi est: ita etiam amicus: Sed
& somno uigilia est optabilior: quoniam
somnia ad uigiliam refertur. nam ut ui-
gilare queamus: somno & quiete indige-
mus. Sic etiam demonstratur, philosophiā
rhetorica optabiliorem esse.

Reuē expe-
tendarum di-
scrimina.

Φιλοσοφείν.) Si quis philosophādum es-
se negat (nam philosophari dicī, etiam
istud ipsum quærere, sit ne philosophan-
dum, an non.) significat, utrum contēpla-
tio philosophica sit suscipienda: cum u-
trunque horum homini omnibus modis
conueniens esse ostenderimus, omnibus
modis id quod positum est, euertemus.

Φιλοσοφείν.) In id dat operam, ut nuptias
conficiat.

Φιλοσοφία.) Philosophiā est morū cor-
rectio, coniuncta cum opinione cogno-
scendæ ueritatis, de eo quod est. Ab hac

Iudæi & Græci aberrarunt. Diuiditur in
moralem, theologiam, naturalem. Et ue-
rissima cognitio animi ad omnem philo-
sophiam cōducit: ad moralem, quia fieri
non potest ut nos mores nostros orne-
mus, nisi uires animi considerauerimus:
ad Theologiam, quod quærimus de mē-
te in nobis separabili, quod & ipsa sit im-
mortalis: quum mens, eorum quæ sub mē-
tem cadunt, sit mens. In relatione est: qui
uerè relatiuorum unum nouit, & alterum
nouit. Constat item, contemplationē no-
stræ mētis etiam ad theologiam magno
perè conferre, & ad physicam. siquidem
physici est, de corporibus differere, & eo-
rum speciebus & uiribus. Specierum au-
tem quæ sunt in corporibus pulcherrima
est anima.

Φιλοσοφίας ὀφελος.) Philosophiæ utili-
tas est, existimare nihil esse in eo mali, si
recedas à sacculo caruncularū, & nō mo-
uearis ab uxore & liberis.

PHILOSOPHVS, qui Platonis leges
diuisit in libros duodecim (decimum ter-
tium enim ipse addidisse fertur) fuit Socra-
tis, & ipsius Platonis auditor, in rerū sub-
limium meditatione uersatus. Fuit tēpo-
re Philippi Macedonis, & scripsit hæc de
interuallo Solis & Lunæ, de dijs libros
duos, de tēpore unum, de fabulis unum,
de libertate unum, de ira unū, de retribu-
tione unum, de Locris Opuntijs, de uolu-
ptate unum, de amore unum, de amicis &
amicitiā unum, de scriptiōe, de Platone,
de eclipsi & magnitudine Solis & Lunæ
& terræ unum, de fulgetris, de Planetis,
de Arithmetica, de fecundis numeris, de
opticijs libros duos, de enopticijs duos,
circularia, medietates, & alia.

Φιλόσοφος.) Plus uitæ hominū prodest
homo philosophus, quam optimus rex.

PHILOSTRATVS, Veri Lemnijs so-
phistæ nepos, ipse etiā alter sophista. Do-
cuit Athenis, deinde Romæ, sub Seuero
imperatore, usq; ad Philippum. scripsit de
clamatōes, epistolās amatorias, imagi-
nes, siue descriptiones, libris quatuor: di-
sputatiōes, siue de fistula: Apollonijs Tya-
nei uitam libris octo: forum Heroicum,
uitas sophistarum quatuor, epigramma-
ta, & alia quædam.

Philostratus primus, Lemnius, filius Ve-
ri, pater alterius Philostrati, ipse etiam so-
phista fuit. Docuit Athenis sub Nerone.
Scripsit orationes panegyricas plurimas,
& oratiōes Eleusiniacas quatuor, decla-
matiōes, quæstiones rhetoricas, de ijs quæ

apud oratores quærunť, de nomine ad so-
phistā Antipatrum, de Tragœdia libros
tres: Gymnasticū, id est de ijs quæ Olym-
piæ fiūt: Lithognomicū, id est de cogno-
scendis gēmis: Proteum, Canē siue sophi-
stā, Neronē, Spectatorē: Tragœdias qua-
draginta tres, & comœdias quatuorde-
cim, & alia plurima, & magni momenti.

Philostratus, Neruiani F. Philostrati
nepos, ex fratre secundi Philostrati, Lem-
nius, & ipse sophista. Docuit Athenis, o-
biit & sepultus est Lēni, & auditor & ge-
ner fuit secundi Philostrati. Scripsit icones,
Panathenaicū, Troicū, paraphrasin Ho-
merici clypei, declamationes quinque. Qui-
dam etiam sophistarum uitas illi ascribūt.

Φιλοτησία.) Potatio, phiala quæ datur in
compotationibus. In conuiujs enim be-
neuolentiā prosequentes alij alios, dabāt
uini calicem, quem Philotesiam uocabāt,
ut Hyperides inquit, & Alexis & Horus.
Alij alijs propinarunt. Et, Infundat quis-
piam huic philotesiam.

Φιλοτησίαν ποτίνειν.) Quādo aliquis in
prandio ē data sibi phiala hausta parte, re-
liquum præbet amico, & phialam donat.

Φιλοτησία.) Aetoli uinū Athenas porta-
bant, diuinam liberalitatem etiam cum
Atheniensibus communicaturi.

Φιλοπμία.) Aristophanes: Nulla, ita me-
dij ament, mulieres, ambitione prodij ad
dicendum.

Φιλοπμίωται κλεοφώντ.) Ambitiosio
res Cleophonte, in cuius labijs perstreptit
hirundo Thracia: id est, inscitia. Ridet autē
eum, quasi Thracē, filiū Thrassæ. Vocaba-
tur Tyropœus, id est casearius: & perstrin-
gebat propter generis obscuritatē. Rei-
publicæ primas sibi partes uendicabat,
cum esset imperator. In hunc demagogū
extat fabula Platonis, quæ inscribit Cleo-
phon: in qua perstringitur tanquam pere-
grinus, & indoctus, & nugator.

PHILVRGVVS, (Φιλεργός) helluo fuit:
& deprehensus est Athenis in sacrilegijs,
Gorgoneo surrepto, ut Isocrates ait. Me-
minit huius Aeschines, in oratione cōtra
Ctesiphontem.

PHILOCHORVS, Cygni filius, A-
theniensis uates & aruspex. Vxorem ha-
buit Arcestratam. Fuit temporibus E-
ratosthenis, sic tamen, ut adolescens se-
nem Eratosthenem attingeret. Occubuit
ex insidijs Antigoni, quod delatus esset,
quasi studeret Ptolemæo. Scripsit de Atti-
ca libros septendecim, quires Athenien-
siū gestas continēt: & Reges & prætores
usq;

usq; ad Antiochum postremum, cognomento deum: scripti autem sunt aduersus Demônem. De diuinatione quatuor libros, de sacrificijs unum, de tetrapoli, Salaminiis origines, Epigrammata Attica, de Atheniensium certaminibus libros septemdecim. De Atheniensium pratoribus à Socratide usq; ad Apollodorū. Olympiades libris duobus, aduersus Demônem Atticam historiam, Epitomen suę Atticę historię, Epitomen operis Dionysij, de Tēplis, de Sophoclis fabulis libros quinq; de Euripide, de Alcmane, de Atheniensium mysterijs: collectionem Heroïdum, siue Pythagorearum matronarum: Delfacos libros duos, de inuentis, de expiationibus, de symbolis.

Φιλοψυχῆσαντα.) Cum Antigonus uinctus ad Antonium duceretur, uitæ ad extremum usq; cupidus, ob frigidam spem: securi, ut imperij dignitas postulabat, est percussus.

Φιλωδὸν ἴου.) Gens canendi amans, id est ranæ.

Φιλιωγέντες, id est conciliati.) Aelianus in Varia historia: Ob libertatem quidam cum Romanis inita amicitia, postea fidē, amicitia uinculum, non seruarunt.

PHILON, Byblius grammaticus, fuit ^{Actis.} uicinus tēporibus Neronis, & uixit diu. Consulem certē quidem Seuerum Herennium fuisse ipse dicit, cum annum ageret octauum & septuagesimum, Olympiade ^{Scripta.} uigesima & ducentesima. Scripsit de comparandis & deligendis libris, libros duodecim: de urbibus, & quos qualibet claros uiros genuerit, libros triginta. de Adriani imperio, sub quo Philon fuit: & alia. Consul factus est * Philon Herennius cognomento, ut ipse ait.

Philon Iudæus natus Alexandria, ex familia sacerdotum. Sed Græcorū philosophiā amplexus, magnā eruditionem sibi cōparauit, studio cōsecutus omnē Græcā disciplinam, cum liberaliū artium, tum reliquarum disciplinarum accurata perceptione. Ea fuit dicēdi ubertate, qua Plato, ut etiam in prouerbiū apud Græcos

^{Plato.} hoc abierit: Aut Plato Philonissat, aut ^{Philo.} Philon Platonissat. tanta est similitudo & ingenij & dictionis, cum Platonica. Scripsi sunt ab eo libri infiniti, quorum de numero & hi sunt. De confusione linguarū, unus: de natura & inuētionē unus, de uotis ratione susceptis liber unus, de institutione unus, de hereditate diuinarum rerum unus, de partitione parium & con-

trariorum unus, de tribus facultatibus, de scripturis à quibusdam mutatis, de fœderibus libri duo, de uita philosophica, de Gigantibus unus, de somnijs quinq; de quæstionibus, de interpretationibus Exodi quinq; de scena & decalogo quatuor, de sacrificijs: de promissionibus, siue execrationibus: de prouidentia, de Iudæis unus, de uita institutione, de Alexandro.

Et, etiam bruta habere suam quandam rationem. Et, omnem stultum seruum esse: de ratione uitæ Christianorū: de uita Theoretica, de supplicibus, de agricultura libri duo, de ebrietate duo, de Moylis uita: de Cherubim, id est flāmeo gladio, ad quinque libros Moylis, & in ipsum Moysem orationes quinq;. Dicunt hunc sub Caio Caligula Romæ periclitatū fuisse, cum legatus suæ gētis missus esset: & cū denuō Claudium in eadem urbe conuenisset, differuisse cum diuo Petro apostolo, & amicitia eos inter se cōtraxisse. eaq; de causa eum studiosos Marci, discipuli Petri, Alexandria uersibus ornasse. Sunt igitur, ut antē diximus, perillustria & innumera eius opera, omniq; referta utilitate.

Philon Carpathius, scripsit commentarium in Canticum canticorum.

PHILONIDES, Atheniensis, comicus antiquus, antē fullo fuit. Comœdiæ eius sunt, Cothurni, Apene, id est currus, Philetærus.

Φιλοκλήσον.) Sophocles: Mulieres ad cōmiserationem & lamentationem admodum propensæ sunt.

PHILLYLIVS, Atheniēsis comicus, ueteris comœdiæ scriptor. Comœdiæ eius sunt, Aegeus, Auge, Antia, Duodecima (meretricis nomen id est) Hercules, Plyntria, aut Nausicaa, urbs puteos fodiens, Atalanta, Helena.

Φιλύριον.) Philyrinus. Cinelias, dithyrambopœus fuit, dictus Philyrinus, id est tiliaceus, quasi pallidum dicas. Nam tilia pallida est. aut leuis: ut Dithyrābopœus, qui uilia & leuia carmina faciat. nam lignum hoc leue est. Fuit etiam claudus & mancus.

PHINEES, uir cū cætera præstātor iunioribus, tum paterna dignitate æqualibus superior, Eleazari pontificis filius fuit. Hic uehemēter cōmotus Zābris flagitio, cū decreuisset, priusquā impunitate augeret petulantia, sumere pœnas, & obstare, ne plures exēplum illius imitarent, autoribus nō punitis: ea fuit & animi audacia, & robore corporis, ut non prius,

T 3 etiam-

Colloquium
cum D. Petro.

etiam si * periclitandum esset, discederet, quam flagitiosos expugnasset, uictoriaque potitus esset. Ad Zābris enim tentorium profectus, & ipsum & Chospia gladio interfecit. Omnes autem adolescentes uirtutis & honestatis studiosi Phineis audaciam imitati, eos qui Zābris flagitium secuti erant, occiderunt. Pereunt igitur horum fortitudine multi ex iniquis: multi etiam peste perierunt, ea lue diuinitus immissa. Cognati item eorum qui ista prohibere instituerant, cum Deo iniusti uiderentur, occubuerunt. Pereunt igitur e cohortibus uiri non pauciores quadraginta millibus, & sexcentis. Hac de causa uehementer commotus Moyses, ad Madianitarum perniciem exercitum ablegauit.

Φίνεον.) Phineum, nomen loci, aut montis in Ponto.

Φθάντ @ έργον γίνεται.) Eius qui ante uerterit, munus, id est, uel a primo quoque interficitur: uel Vulcani fit opus. i. conflatur.

ο Φθός σοι λελάληκεν.) Vulcanus tibi locutus est: prouerbiū. nam Memphitae Vulcanum Phthantem appellant. Fortassis igitur Φθάντ @ έργον γίνεται, Vulcani fit opus, id est κατακαίεται. conflatur, incendio perit: ut dicunt ξίφης έργον γίνεσθαι, Ensis opus fieri, pro interfici.

Corruptio.

Φθείρω.) Omne quod corrumpitur, duobus modis corrumpitur: aut ratione corporum in elementa resolutum: aut ratione incorporeorum, extincta forma ob inconuenientiam subiecti.

Φθίω.) Iosephus: Perturbato rege, quam antea dedisset stipendium, monuit Propheta, ut faceret quod Deo placeret.

Φθία.) Phthia Thessaliae urbs, Achillis patria.

Autumnus.

Sol.

Φθινόπωρον.) Autumnus, recessus Solis a nobis perceptis frugibus, ad ea loca unde uenerat. * Ortus autem illarum causam esse Solem, qui nubium uapores extrahat, tradunt.

Φθίρω.) Phthiro, mons Meandri.

Φθόν, και Φθίσις.) Phthoe est tabes, aut morbus, quo sanguis reijcitur.

Φθίσις.) Nomen placenta, bellaria quae dijs cum uisceribus sacrificabant.

Φθόν @.) Inuidia, ob proximi bona liuor, apud Apostolum.

Φθόν @.) Inuidia est peruersio doloris, ob successus alicuius boni uiri, όπως τή πέλας βπεαξία των θπεικων πνός. Ex hoc constat, inuidum etiam eum esse, qui doleat proborum felicitate: quo posito, perspicuum est, alienum esse a bono uiro dolere

ιωιακός.

άγαθοί.

996
proborum felicitate. Nam si uiri aequi boni sunt, non erit homo aequus inuidus.

Φθόν @.) Morbus animi (αίθρωπινόν.) humanus, deuorans animum, quem occuparit, ut arugo ferrum. & (και ο έρωσ ταύτον έστ.) amor idem est, quibus ille inimicissimum uocat numen, conferens innatum morbum in ipsos qui haec produxerunt. Sunt & uersus Iambici, hac de re:

το δ' αλ' περιδον τ' ε φθόνος σέσας χράμμα, εύροις εν αυτώ τον φόνον γέγραμμένον.

Si alteram Phthoni raseris literam,

Inuenies in eo Phthon scriptum. id est, inuidia & cedes in Graeco sermone una litera differunt: & inter inuidum & homicidam parum interest. Phthonos inuidia, Phthonos caedes. Et Sophocles: Ad eum qui habet, arripit inuidia. Item: Audientes, credunt ea quae dicuntur in magnos uiros, ex inuidia. Et Pindarus: Epulae sunt maledicta inuidis. Item: Et si ualde splendidus erat apud Athenienses, tamen & ipse obscuratus est ab omnia corrode inuidia. Capitis enim est condemnatus.

Φθονώσι.) Cum uiuenti nullum haberint honorē, defunctum desiderant: & interdum pro tumulo & exanimi simulacro urbes contentio inuasit, & litem intendit populus. Virgilius de Palamede:

Infante, infando iudicio, quia bella uetabat, Demisere neci: nunc cassum lumine lugent, Horatius:

VIRTVTE M incolumem odimus, Sublatam ex oculis querimus inuidi.

Φθονός.) Adeo studiosus ille semper fuit internecionis. Item: Corpora multa perierunt. Quod si quis nescit quid sit internecio, illa si uidisset, satis intellexisset.

FLAMINIUS captator aure popularis, & insignis tractanda plebis artifex, sed ad rerum * urbanarum & bellicarum tractationem minimè aptus.

Φλαύρον.) Aristophanes: Senem erigere irritum est, qui adolescens cecidit. Et: Comprime os, nec maledic uiris ingeniosis & cordatis, quorum praeparisimonia nemo se unquam totondit, neque unxit, neque in balneum uenit loturus.

Φλέγμα.) Non dicitur primum a cibo, primus enim a cibo est sanguis: phlegma autem primum est de incoctis. Sunt & alia cruda. nam phlegma degenerat in acidum humorem, circa stomachum. Est igitur non simpliciter primum, sed incoctum.

Φλέγει.) Sophocles: Omnia longum tempus & corrumpit, & reficit.

Φλέγων.) Phlegon, Trallianus, libertus

Scripta.

Augusti Cæsaris (quidam Adriani dicunt) historicus. Scripsit Olympiadas libris 16. qui usque ad Olympiadem ducentessimam uigesimalimam nonam, res ubique gestas continent. Eisdem libris octo exposuit, descriptionem Siciliae, de longæuis, & admirabilibus rebus: de Romanorum festis libros tres, de Romæ locis, & unde cognomina habeant. Epitomen Olympionicarum libris duobus, & alia. Huius Phlegontis, ut Philostorgius ait, quantum ad res Iudaicas attinet, historiae copiosius exponendae sunt, cum Phlegon & Dion breuiter eas attigerint, & obiter commemorarint. Nam religionem, & reliquas uirtutes, ne tantillum quidem eum constat curasse, * sicut nec illos. Contra uero Iosephus reformidati similis est, & cauere ne offendat Græcos.

Iudaica res à Græcis minus luculenter exposita.

Iosephus.

Φλεγραίας.) Phlegraea, capus est Thracius. Aristophanes: Vbi dii gigantes, insolenter se gerentes, telis confecerunt.

Φλεγυα.) Phlegya urbs Boeotiae: unde Phlegyas, incola.

Φλέδων.) Phledon. Cum Antisthenem philosophum reprehenderet Timon, ob * multitudinem, omniferum nugatorem uocat Φλέδωνα.

Crantor.

Φλοιός.) Fuit Crantor uoce minime dolata, & cortice tragædorum plena.

Φλύαρ.) Aristophanes in Nubibus: 30 Cætera omnia sunt nugæ. Item: Cum nihil necesse sit, quid attinet quicquam cum ullo garrere?

Φλυία.) Phlyia, municipium Cecropiae tribus: municeps, Phlyiensis. Huius municipii fuit Euripides, poeta tragicus.

Φοβερός.) Arrianus: Perterriti aufugerunt, urbibus relictis. Idem: Cum hostes impressionem fecissent, perterriti, & inopes consilii, absque Reipub. utilitate perierunt. Hannibal iam clarus & formidabilis, in Hetruriam aduentabat.

Φόβος.) Timor seu metus, est expectatio mali. Ad metum referuntur plura: ac δειμα, terror sollicitudinem afferens: ὄκνος, reformidatio, metus futurae actionis: αἰσχύνη, pudor, metus ignominiae: ἐκπληξίς, stupor, metus proficiscens ex imaginatione insolentis negotii: θόρυβος, tumultus, metus coniunctus cum uocis acceleratione: ἀγωνία, anxietas, metus incertae rei. Est autem genus admirabilis stuporis, & non hyperbole. Genus. n. stuporis est admirabilis: hyperbole autem differentia. Eorum enim qui admirantur, alij supra modum admirantur, ut percussi: alij uero modice. Admirari autem supra modum, est percellere.

Φόβος.) Cum dicitur, Principium sapientiae esse timorem Domini: eoque si quis sapiens esse uelit, a timore auspicandum: si ἀρχή non pro principio, sed pro principatu capiatur, Domini timor intelligendus erit non ex perturbatione ortus, metuque suppliciorum. nam perfecta charitas eijcit timorem: sed is timor qui est cum reuerentia coniunctus. Hic enim timor Domini omnia superat.

Timor Domini sapientiae principium.

Φολιδωτόν.) Squamas habent pisces, Iacerta, salamandra, testudo, crocodilus, & omne serpentium genus. Haec dicuntur certis temporibus exuere senectute. Crocodilus autem quadraginta hybernos dies in antris sub terra delitescit: senium uero non exuit, sicut neque testudo.

Exuunt senectute.

Φολυία.) Fulvia, Antonii uxor, Ciceronis oratoris caput amputauit, & in genua deposuit, multisque contumelijs id affecit atque conspuit: tandem ore suo aperto, eius linguam extraxit, & acicula capitis sui conpunchit, & cum multis atrocibus conuicijs, pro rostris collocari iussit: ut unde contra ipsam concionans auditus esset: ex eo loco etiam conspiceretur.

Fulvia cum laetitia Ciceronis luctatur.

Φονεύω.) Pater cum audisset filiae flagitia, eam persequitur, interficiendi cupidus.

Φορέω.) totius loci immutatio, & maxime quae non per se consistere queat, quando uelit. Qui lationem genus motionis secundum locum uocat, genus speciei subiicit. Idem & Plato facit. nam motum secundum locum definiens, lationem eum dixit. Sed latio est inanimarum rerum, & quae inuita, id est non sua sponte, locum cum loco commutant. Si qua igitur sunt, quae sponte locum mutant, ut ea quae ambulant: latius patebit motus secundum locum. Neque omnis secundum locum motus est latio. Item: Difficultas quidem magna est huius impetus, sed tamen perfer. Nam grossis huiusmodi & turpitudine inuisa est, & bonitas gloriosa (τὸ τ' αἰσχρὸν ἐχθρὸν, καὶ τὸ χροστὸν ἀκλεές.) Tibi autem, neglexisse probrum hoc, non erit honestum. Is iam pridem utroque pede captus, ad labores gestabatur, eaque ratione aduersarios perterrebat.

Φορβαντεύω.) Phorbanteum. Hyperides in oratione contra Proteum: Athenis Phorbanteum denominatum est a Phorbante rege Curetum, ab Erechtheo interfecto. Phorbans autem fuit Neptuni filius, qui & Phorbans dicitur.

Φόρβιον.) Aristophanes: Cum multa atrociam uiderim, nondum uidi coruum instar tibicinis rostro obuoluto.

Φόρβιον.) Genus herbe tenuis, & abster-
gendi uim & attrahendi habentis. Albu-
gines igitur cum melle semē eius attenuat,
festucas (κόκκο ἀγλά, nō ducit. f. ἐξάγλα) educit.

Φορητής.) Cū alios spoliaret, aliorū bo-
na publicaret, nullo modo ferri poterat.

Φορμίον.) Phormio. Huius etiam Theo-
pompus in Philippicis mentionem facit.
Fuit Crotoniata, & in praelio ad Sagram
uulneratus est. Vulnus autē cum difficul-
ter curaretur: oraculum accepit, Lacedæ-
monem esse eundū. eum enim eius medi-

Ignotus con-
uiuator, &
medicus.

Hastæ rae
menta.

Eadem hora
& Sparte
& Crotone.
Theoxenia.

cum fore, qui eum primus uocaret ad cœ-
nam. Cum ergo Spartam uenisset, & è ue-
hiculo descendisset: adolescens quidam
eum ad cœnam uocauit: & cœnatū roga-
uit, qua de causa ueniret: audito oraculo:
abralit hastam, & ramenta uulneri impos-
suit. Cum autē à cœna sibi currum conscen-
dere uideretur: ianuam ædium suarū Cro-
tone apprehēdit. Sed & festū quod Theo-
xenia dicitur celebrantem, Castor & Pol-
lux ad Battum Cyrenas uocauerunt. Sur-
rexit itaq; silphij caulem ferens.

Φορμίον & τιβάς.) Phormionis storea.
Phormio dux Atheniēsiū, classe bis ui-
cit Lacedæmonios.

Φόρμ.) Phormus, Syracusanus comi-
cus, æqualis Epicharmi, familiaris Gelo-
ni Siciliæ tyranno, & altor puerorū eius.
Scripsit comœdias has septem: Admetū,
Alcinoū, Halcyones, Ilij excidiū, Equū,
Cepheum seu Cephalæam, Perseū. Vfus
est primus ueste talarī, & scena ex rubris
pellibus. Et alterius comœdiæ Athenęus
in Dipnosophistis meminit, Atalantes.

Reliquia sa-
cra.

Φόρ.) Infra forum sepulti fuerūt duo
duces duorum latronum: & urceolus un-
guētī, quo Christus inunctus fuit, & mul-
ta alia miraculosa, deposita quidem ibi à
Constantino Magno, sed à Magno Theo-
dosio ablata.

Φορός.) Cum uideret hostibus uentum
secundum & prosperum aspirare, sibi au-
tem aduersum: & præter uenti incommo-
dum (κοίλης καὶ παραχέρας) cauum etiam &
asperum esset mare: dubitabat quid esset
agendum.

Φόρος.) Furius Camillus, dictator, cū
in bellis præclare se gessisset, inuidiam in-
currit, quę optimum quenq; persequitur.
A quodam enim prædæ perperam distri-
butæ accusatus: in exilium agitur, deos
testes iniusti exiliij inuocans.

Φωδόν.) Pauperes, quibus uestes dee-
rant, propter frigus in balneis cubare so-
lebant, & pustulis scatebant.

Φωκαίων ἀρά.) Phocænsium execra-
tio. Phocænses enim relicta urbe, cum
(ἀπὸ ἀργυρ. f. ἀρπάζω) ab Harpago obside-
rentur, profecti sunt uersus (Galliam) Ha-
liam, ferreis massis in mare coniectis: ad-
dita execratione, se non prius in patriam
reuersuros, quàm illi emerisissent.

Φώκος ἐραυ.) Phoci collatio. prouer-
bium: in eos, qui conuiuia suo malo insti-
tuunt. Phocus enim quidam, cum filiā ha-
beret, cuius nuptias multi expetebant, sti-
pem cogebat: & conuiuio excipiēs pro-
cos, nuptias differebat. Irati igitur illi, in
conuiuio Phocum occiderunt.

Φωκλίδης.) Phocylides, Milesius phi-
losophus, æqualis Theognidis. Fuit autē
uterq; sexcentis quadraginta septem an-
nis bello Troiano posterior, Olympiade
nati quinquaagesimanona. Scripsit uersus
Heroicos & elegiacos: admonitiones si-
ue sententiās, quas quidā capita appellat.
Sūt autē surreptæ ex Sibyllinis carminib.

Φωνασιέν.) Sub Theodosio imperato-
re uocem exercentium genus est ubique
inuestigatum.

Φωνί.) Genus soni seu strepitus, uox.
Est autē uox, percussio aeris, seu aer ictus.
Nō enim omnis sonus uox est: sic nec re-
rum inanimatarum, ut fluctuū & uentorū,
sed animati alicuius sonus, est uox. Nec
tamē omnis sonus, animati uox: neq; ma-
nuum plausus, neq; screatus, neq; tussis.
uox enim est, animati sonus, qui per par-
tes uocales editur, ut pulmones, & parti-
culas ui respirandi præditas, & per aspe-
ram arteriam & guttur: ac ne per hæc qui-
dem, si sonus utcunq; fiat. propterea neq;
tussiens, dicitur uocem edere: sed cū ista
gestu quodā corporis mota fuerint, tunc,
quā his editur sonus, uox dicitur. Hæc tria
spectantur in hominis uoce: modulatio,
compositio, dictio (φωνῆς ἰσχυρὸς, ἀρμολία,
λέξις.) Habet autem modulatio, in tempo-
re pronūciationis longum & breue: eaq;
de causa & uocales quæ longiore inter-
uallo pronūciantur, longas appellat: quæ
breuiore, breues: & ex harū inter se
compositione, concinnitas uersuū exi-
stit. Compositio enim in acuti & grauis
symmetria uersatur. Dicitio autem in syl-
labarum conformatione: unde eorū quæ
dicuntur sententia explicatur. Cum autē
hæc propriè hominis uox habeat: musica
uerò instrumenta utcunq; illa imitentur:
hac de causa & ipsa dicitur proportionem
quadam esse uocalia. Discernunt autem
uocem à sono bifariā, cū ratione ortus,
quia

quia uox fit, cum inspiratus aer cōtractio
ne pectoris eliditur, pro insita ei animali
facultate: tūm, quando incidit in asperam
arteriam, & aerem in ea comprehensum:
qui subito ictu euibratus perpetuo per-
cutit aerem contiguum, ad auditum usq̄.
Est enim hiatus oris, quod usq̄ ad radicē
linguæ, fauces, pertingit. Inde duo uasa fe-
runtur: alterum ad pectus, & uocatur arte-
ria: alterum ad collum, quod stomachus. 10
Fit autem per arteriam asperam transitus
spiritus, siue immittendo, siue emittēdo:
qui ad hunc modum expiratus, efficit so-
num, qui Vox dicitur, quādo cum aliqua
significatione fit. Ratione ortus igitur sic
differt uox à sono. Fine autem, quod uox
appetitione quadam animantis fit, & ali-
quid præterea significat: eaq̄ de causa cū
phantasia. Quapropter etiam brutorum
soni sunt uoces. Etenim canis, quando a-
lienum adesse putat, latrat: cū uerò fami-
liarem, blanditur. In alijs animalib. eodē
modo. Significātes uoces, sunt, animalū
facultatū & affectionum. etenim cibū ap-
petentia, aut aliquid aliud, utuntur uoce.

φωνή καὶ κραυγή.) Vox & clamor in di-
uina Scriptura significant animi alacrita-
tem: Voce mea ad Dominum clamaui.

φῶς.) Graui accentu hominem signifi-
cat: *φῶς*, cum circumflexo, lumen, quod
est actus & perfectio eius quod est facul-
tate perspicuum (*φῶς, ἄρα φανῆς.*) Lumen
autem nulla alia re iudicatur, nisi uisu. Lu-
men igitur perspicui actus, quatenus per-
spicuum, hoc est forma, & perfectio eius.
Cum enim perspicuum sit facultate: acces-
sio lucis, quæ id informat & perficit: effi-
cit illud perspicuum actu (*διωάμαι, ἐνεργεία.*) Illud autem neq̄ corpus est, neque

Lumen nō
esse corpus.

emissione corporum aliquorum fit. Quo 40
modo enim fieri posset, ut nos cum suspe-
ximus, totum cœlum contueremur? Qui
enim fieri potest, (*ἀχρόνως σώματα* & *σώ-
ματα π*) ut corpus ullum uno momēto, tan-
to interuallo moueatur? * Demonstratū
enim est, duorum signorum interuallum
esse. Et est circumferentia diametri (*τερι-
πλασιεφίβδουμ*) triplex septenaria. Est
aut̄ à centro, dimidium diametri. Constat
igitur, cum tota diameter quatuor conti-
neat signa, & amplius: circumferentia ue-
rò duodecim habeat: dimidium diametri
duo habere signa, & amplius. Qui igitur
fieri potest, ut corpus tanto interuallo si-
ne tempore moueatur? Hic igitur celerri-
mus motus, dico de motu spheræ inerrā-
tis, duabus horis sextam partem uniuers-

Visus cele-
ritas

si, hoc est duo signa conficit. Quomodo
igitur non absurdum est, corpora quæ e-
mittuntur ex oculis: etiam sphaera fixa ce-
leriora statuere? Multa etiam alia de lumē
ne, non esse id corpus, colliguntur: quæ
propter infinitatem prætermisimus, quæ
alius inquirat. Lux etiam dicitur diuina
curatio. Dauid: Et lux oculorum meorū,
& ipse non est mecum. Omne corpus qđ
luminis comprehendit actum, si lumē in
corpus aliquod læue & splendidum inci-
derit, ita agit, ut & ipsum eundem actum
remittat: ut fit in argento, & speculis, in
aqua, & in alijs plurimis. Propterea & Lu-
na Solis lumen recipiens, illustrat terrā:
& hanc dicimus luminis refractionē, quæ
ab ijs est quæ recipiunt, & possunt eundē
actum exhibere (*Φωτὸς αἰτανάκλασις.*)

Luna à Sole
illustrata ter-
ram illustrat.

Φωδονία.) Phostonia, nomen unius ex
Halcyonidibus.

Φωπίζεν.) Romani iam tempus esse de-
tegenderi arcani, quod mandatum fuerat,
rati sunt.

Φράβιδος.) Dux exercitus Orientis,
qui uirtute præstans, ægro fuit corpore,
animo cū ualeret optimē: & corpus iam
diffluens, & iam ferē ad interitū tendens,
coagmentabat, & confirmabat: itaq̄ mo-
derabatur, ut honestati tuendæ par esset.
Is latrones tam facile cœpit, ut propemō-
dum etiam nomen latrocinij ex memo-
ria hominum excideret. Fuit autem reli-
gione Græcus, id est, non Christianus.

Φράσας.) *δὲλ* & *ὠ* *φράσας*, *ἔρω* & *ὠκεί-
νας.*) Dolus fuit qui cōsiliū inijt, amor qui
cædē fecit. De Agamemnone fit sermo:
qui in cōuiuio ab Ægistho est interfecit.

Φρασηρας.) Xenophō: Habuit hos Cy-
rus itinerū indices, & aquarū, & pabuli.

Φρασηρες.) Indices ætatum dentes. Ari-
stophanes: Septem annos natus Arche-
demus, non produxit phratoras. Cum di-
cendum fuisset *ὁ δόντας Φρασηρας*, phrato-
ras dixit: hoc est, cognatos. Metaphora
sumpta à pueris, qui nati annos septem,
omnes habēt dentes. Ait igitur, eum diū
Athenis commoratum, non potuisse re-
ferri inter ciues. Et nunc esse tribunū ple-
bis apud Superos mortuos, & principem
ibi improbitatis. Cum dicendum fuisset,
Reipub. aut tribunatus plebis, principē
improbitatis dixit: festiuē ad mala eorum
alludens. Non autem dicit ob res aduer-
sas, Athenienses defunctos: sed probabi-
liter ij qui apud Inferos uiuunt, mortuos
appellant eos qui suprā uiuunt.

Superi mor-
tui.

Inferi uiuētes.

Φρατρες.) Phratia, contubernium, est
tertia

tertia pars tribus: Phratores, contubernales, qui in eodem sunt contubernio. Phratriarchus, qui contubernio praest. Inscribebantur autem nomine patris in contubernales festo Apaturiorum, eaq; in Phratores inscriptio, argumentum habebatur cognationis.

κλειάντης.
φρεάντης.

φρεάντης.) Phreantles, id est puteorū haustor, uocabat Cleanthes philosophus. Cum enim non haberet unde uiueret, noctu mercede aquam hauriebat, quo inter diu literis incumbere liceret.

φρέαρ Δαφφοράς.) Puteus corruptionis, apud Dauidē, est perpetuū supplicium.

φρεάριος.) municipiū Leontie tribus.

φρεάπαι.) Omnem terram populatus est, ac ne puteis quidem pepercit. Locus ille habebat & occultos puteos.

φρενήρης.) Cordatus fuit quidē Armenius, & opportunē audax. Item: Commodus natura erat uacors, nec admodū bellicosus.

Camelopardalis.
Pumiliones.

φρενοβλαβής.) Sub Leone imperatore Romanorum, Aethiopes attulerūt camelopardales, & duos uiros uacordes, statura breuissima, quos Pygmaeos Homerus appellauit.

φρενόθεν.) Sophocles: Nunquam Telamonis Ajax ita delirasset, nisi diuinitus compulsus, ut in greges irrueret. ἀριστερά, sinistra, ueteres dixerunt stulta: δεξιά, dextra, prudentia.

φρήτρα.) Exornabant eos, & distribuabant in contubernia, manipulos & phalanges, hominum instar.

φρίκη.) Magno facinore edito, horrore quodam affectus, in morbum longissimum incidit.

φριμασομείη.) Equa hinniēns retroce debat: & nequaquā poterat, loco (πρὸ ἀδενδρα) arboribus uacuo, uiam adire. Item: Sonitum armorum & hinnitū equorum audientes, percellabantur.

Rhodijs.

φρόνημα.) Rhodijs pridem, admodum elati, quasi & ipsum Philippum & Antiochum uicissent, & Romanis superiores essent: adeo perterriti sunt, ut quosdā ex Romanorum aduersarijs ad supplicium mitterent.

φρόνησις.) Prudentia est malarum bonarumq; rerum, ac neutrarum scientia.

φρονῶ.) Qua de causa sapiens ille ista dixerit, ignoro. ἐφ' οἷς γὰρ ἐφρονῶ, σιγῶν φιλω. Quae enim nō intelligo, tacere soleo.

Socratici.

φροντιστῆς.) curatores, seu solliciti, uocabantur Socratici: eo quod alij alios curarent, & quod nunquam nō solliciti essent.

φροντής.) Quanta nos absens affecisti sollicitudine?

φρόνων.) Fronto, Emisenus orator, sub Seuero imperatore Romae fuit: Athenis uerò (ἀντιπαύδουσε, amulus seu concurrēs Philostrati fuit) docuit contra Philostratum primum, & Apolinem Gadarensem. Obijt Athenis, annos propē natus sexaginta: & sororis Frontonidis filium, Longinum Criticum, hæredem instituit. Multas scripsit orationes.

φρεῖδρα.) Spes eorū euauit, ac potius in contrarium recidit. Sophocles: Si desinit, praeclare mecum agi puto. Mali enim sopiti minor cura est.

φρεῖδρας ἄδων.) Praesidij instar canens continenter. Quia excubiæ ad excutendum somnum cantare solent.

φρεῖδρας ἰδών.) Excubijs conspectis: id est, excubias agens.

φρεῖδρῆν ἢ πλεῖστῆν.) Aut in praesidijs esse, aut ditescere. In lucri auidos. Athenienses enim, praesidijs in insulis dispositis, stipendia magna constituerunt, quae ab ipsis insularibus soluerentur (δι' ἀτιλειαν immunitatem. f. ἀτέλειαν.) Ob uilitatem igitur, & ob difficilem ex alienis uitam, dictū hoc est: quasi oporteat aliquem aut diuitem esse, aut excubare.

φρεῖδρῆσις ἐν ναυπύκτω.) Naupacti excubabis. Cum praesidiarijs militibus Naupacti parua stipendia darentur, annona uerò magno uenderetur: prouerbiū hoc ortum est. Alij dicunt, Philippum capto Naupacto, de Achaeorum sententia praesidiarios omnes occidisse. Et hoc narrat Theopompus libro secundo.

φρεῖδοι.) praesidiarij. Ordo est, eorū qui per uices ante castra armati collocantur, seuera lege à Romanis in eos lata, ut qui quacunq; de causa recesserit, occidatur: Illi uerò per uirtutem oppetere mortem, q̄ affici supplicio, malunt.

φρυγῶνον πύραυλα.) Sarmenta collocare. Haruspices sarmenta ipsi, ad rationem disciplinae suae, ignem accensuri collocant. eaq; de causa dicit: Rectene tibi uideor sarmenta collocare?

φρυγίαν ἐρίων.) Phrygia lana. nā in Phrygia, tenera & pulchra lana est. Aristophanes: Lænam perdidit improbus ex lana Phrygia, propter istum.

φρυκτῆς.) Loco calculorum fabas ferunt iudices Atheniensium.

φρυκτῆς, ἢ παραφρυκτῶν βόμους.) Qui excubias perfide agebant, & pyras aduersarijs eorum, qui custodias illis mandauerant,

rant, ad hostium utilitatem porrigebant, παρὰ Φρυκτῶν λέγουσιν dicebantur.

Φρυκτοεῖα.) Nocturnæ excubiæ in turribus, seu fax, siue pyra.

Φρυκτοί.) Faces quædam è lignis confectæ, quas gestantes in mœnibus signabant finitimis, aut socijs, cum aliquos hostes aduentare uidebant: quòd cauendum esset. Neq; uerò in hostium aduentu solùm hoc faciebant: sed etiã in amicorum, cum auxilia uenire uidebant, facibus id significabant, ne terrentur. Et cū amicos indicabant: faces quietas gestabant: cum hostes, agitabant.

Faces quietas, uentilatas.

Φρυγίς.) Phrynīs citharædus Mitylenæus, qui primus putatur apud Athenienses cithara cecinisse, & primas tulisse in Panathenæis, Callia prætoris fuit Aristoclidis discipulus. Aristoclidēs autē ex familia fuit Terpadri. Floruit in Græcia bello Medico, celebris citharista: & Phrynīdem, qui tībicen erat, cithara canere docuit. Iste uerò in opere quòd Melopœi inscribitur, Phrynīdem Lesbium fuisse dicit, Canōpis filiū. Qui cum Hierōnis tyranni cocus fuisset: datus sit cū alijs multis Aristoclidī. Hæc autē translaticia esse uidentur. Si. n. seruus fuisset, & cocus Hierōnis: nō utiq; id tacuissent comici, sæpē ei⁹ facta mētiōne, ppter nouas ei⁹ rōnes: fracto cātu, contra cōsuetudinē ueterē.

Comici nullum probriū sacent.

Φρυγίς.) Phrynīchus, Polyphradmonis aut Mīnyræ fili⁹, aut Choroclis, Atheniensis tragicus, Thespidis, primi tragœdiæ inuētoris, discipulus. Vixit sexagesima septima Olympiade. Phrynīchus hic primus muliebrem personā introduxit in scenā: & inuētōr tetrametri fuit: & filium habuit Tragicū, Polyphradmonē. Tragœdiæ autē eius sunt nouē hæ: Pleuronīa, Aegyptij, Actæon, Alcestis, Anteus, aut Libyes, Dicæi, Persæ, Sīnthoci, Danaides.

Φρυγίς.) Phrynīchus Atheniēsis comicus, ex altero ordine antiquæ comœdiæ: primū comœdias edidit s6. Olympiade. Comœdiæ illius sunt hæ: Ephialtes, Cōnus, Cronus, Comastæ Satyri, Tragœdi siue Apeleutheri, Monotrop⁹, Mufæ, Mystes, Poastriæ, * Satyri.

Φρυγίς.) Phrynīchus. Bithynus, sophista, scripsit Atticistā, de Atticis nominibus lib. 2. collectanea (πνευματικῶν συναγωγῶν) eorum quæ ponuntur: Apparatus philosophici libros uel quadraginta septē, uel septuaginta quatuor.

Φρυγίς.) Phrynīchus Melanthæ filius, Atheniensis, tragicus. Sunt de Tra-

gœdijs illius hæ: Andromeda, Erigone. fecit etiã Pyrrichas.

Φρυγίς.) Phrynīchum (οἱ Πέρσαι) Persæ mille drachmis mulctarunt, q̄ Milesiorū captiuitatem in tragœdiam redegisset.

Φρυγίς πάλαισμα.) Phrynichi calliditas. Proverbium hoc usurpatur de ijs, qui callidē & uafre aliquid machinātur. Scribit Thucydides, Phrynīchum ducē Atheniensium Sami, cum milites Alcibiadem ab exilio redicturi essent, Nauarcho Lacedæmoniorū nunciāsse, se uelle illi proderere exercitum. Cum autē Alcibiades eas literas accepisset, & Atheniensibus misisset: Phrynīchus, qui penē interfectus fuerat, denuò scribit Nauarcho, quid accidisset: exostulans, & denuò pollicens, se proditurum illi exercitum, si aggredere. Quod cum significasset, prædixit militibus, alteram uenturam esse epistolā contra se, ab Alcibiade: & monuit, ut hostiū sequentium impetum cauerēt. Quæ cum sic accidissent, tum literis allatis, tum facta impressione: milites omnia & nūc, & prius, contra Phrynīchum ex odio ab Alcibiade facta esse crediderunt.

Comœdia ad excludendū Alcibiadē.

Φρυγίς.) Phrynīchus, & Lycis, & Amipsias, comici subfrigidī. Aristophanes: Vbi instar apīs Phrynīchus immortalium carminum libet fructum, semper ferens dulcem cantum.

Φρυγίς καὶ Φιλοκράτης.) Phryno & Philocrates, ambo proditores, alter ob prodicionem exulauit, & ob lenocinium male audijt: Phryno autem ob prostitutum suū filium, quem ad Philippū adduxerat.

Φρυγίς ἡ γὰρ ἴδε.

Φρυγίς.) Phocion, Phoci filius, multis pecunias dedit: & filias aliorum elocauit, & omnibus sua remisit Bonus igitur uocatus est communi suffragio, in cōcione. Cum ius dicebat, semper absoluebat. Quod uerò de Satyro Demosthenes & Apollonphanis filiabus dicit: hoc quidam ad Phocionem referunt: & illum accepisse illas, Athenasq; perductas elocasse tradunt.

Apollonphanis filia.

Φρυγίς.) Fuit homo improbitate celebris: qui cum peregrinus esset, Peloponnesiaco bello Athenis uixit. Aristophanes in Amphiarao: O sceleste, & Phrynonda, & improbe tu. Ab hoc improbos Phrynondas uocant. Malitiosus fuit hic Phrynondas, & improbus, qui mercede improba cōsilia atq; commenta facile inueniret, ut Eudemus ait. Item: Sed puto neq; Phrynondam, neq; Eurybatū, neq; alium quenquam ueterum improborum talem magū & præstigiatores extitisse.

Φρυ-

Φρυών (Θ.) Phryndonus, (uel potius Phrynon. Φρυών (Θ.) enim genitiuum esse puto) fuit unus * duodecim legatorum cum Æschine & Demosthene.

Φρύξ αἰὲρ ἀλλήγεις, ἀμείνων καὶ ἀγαθόνεστερος (Θ.) Homo Phryx fit melior & obseruā tior uerberibus. Serui Phryges habentur ignauiores, & tardiores.

Φρύξ μὴ δὲν ἦτιον ἀπινθήρα. Phryx nō mi nus q̄ Spintharus. Hic Spintharus exagi tatur à comicis, ut Barbarus & Phryx.

Φοινικία γράμμα (α.) Phœnicia litera. Lydi & Iones literas à (uel ab Agenore Phœnice.) Phœnice Agenoris filio inuē tore acceperunt. Sed his refragantur Cre tenses, negantes ab eo inuentas esse: sed Phœnicias literas eò dici, q̄ in palmarum ramis scribi solitum fuerit. Scammon aut libro 2. Inuentor̄, sic ait dictas esse à Phœ nice * Actæonis filia. Traditur autē hic orbis fuisse mascula prole: sed filias ha buisse, Aglaurū, Ersen, Pandrosū, Phœ nicen. Phœnicen autem uirginem etiam num decessisse. Qua de causa Actæon Phœnicias uocari literas, ut aliquid hon oris haberet filia.

Actæonis fio lia, E. Cecropis.

Φοινικίδα) Quid parcimus lapidibus, populares? quo minus uiri istius corpus ita depectamus, ut purpurascat: cum in uos nigra pruna efferbuerint?

Φοινικίδης.) Phœnicides comicus: comœdiæ eius sunt, Tribunus, Inuisus, ut Athenæus in lib. Dipnosophistarum ait.

Φοινικικῶν τρέφων ἀπὸ λαγόντες, καὶ κακῶν Φοινικικῶν.) A' Phœnicis ordinib. & malis Phœnicis liberati. Siue q̄ punicea uestis erat bellica, siue pro nauticis malis. Phœnices enim uincere dicuntur, in pugnis naualibus, siue cruentis, à colore san guineo. Et Homerus: Purpurascebat san guine terra.

Carthaginis conditores.

Φοινικῶν στυγῆσαι.) Phœnicum pacia. Phœnices (Pœni) qui Carthaginem con diderunt, cum ad Libyam appulissent, ro garunt incolas loci, ut se reciperēt noctē & diem. Hoc uerò impetrato: noluerunt discedere: quasi pepigissent noctiū & die rum mansiōnem. Quapropter hoc de ijs dicitur, qui insidiosè paciscuntur. Similia Demon de Metapontinis narrat:

Phœnix auis.

Φοῖνιξ.) Phœnix palma, arbor, & auis. Sub Claudio imperatore hanc ad Aegy ptios uenisse dicunt, (ἀπὸ περσῶν καὶ ὑχ. ε. τῶν. Plin. lib. 10. c. 2. uiuere annis 660.) post annos 654. De hac aue memoratur, cum fatum ei instet, uenire in Aegyptū: unde uerò, ignorari. Et cum ipsa sibi ex

casia & myrrha rogam confecerit, mori: quo cremato, aliquanto post è cinere uer mem dicunt fieri, qui mutetur, & rursus fiat Phœnix: & eò auolet, unde prior Phœnix in Aegyptum uenerit.

Φοῖνιξ.) Philostratus: Cōuenisse magos in meridie, & sub medias noctes, tradit Apollonium.

Φοῖνιξ (α.) Inquirebat sitū regionis, & castella, & celebres uias atq; interualla.

Φυγάδεις (α.) Cum geminus interitus ob oculos esset: eum cum perpetuo exilio commutarunt.

Φυγάνες.) Sophocles: Intelligo, nec ea me fugiunt.

Φυλάρχης.) Phylarcha (tribunus) Acha rus conuenit Traianum, prouincia prin cept, quos Phylarchas illi nominat: quia & regiones illorū Phylæ, id est tribus di cuntur. Aristophanes: Malorum preteri torum ne sis memor, etiā si tu Phylem oc cupasti. Fuit autem Phyle castellum Atti cæ, & nomen loci & municipij: & Phyla sij incolæ (Phyle, castellum ab exilibus sub 30 tyrannis occupatum.)

Φύλαρχος.) Phylarchus Atheniensis, siue Naucratica: alij Sicyonium, alij Aegyptium fuisse scripserunt: historicus. Scri psit expeditionem Pyrrhi in Pelopone sum, libris uigintio octo: eamq; deducit us que ad Ptolemæi, cognomento Euergetæ & Berenices obitum, & usq; ad mor tem Cleonymi Lacedæmonij, cum Anti gonus ei bellum intulisset. Item res Antiochi, & Pergamēni Eumenis. Compen diū fabulosum (περὶ τῆς τῆς διὸς Ἰπταφείας, apparitione, conspectu) de Iouis aduentu, de inuentis, de significationib. libros sex.

Φύλαρχος.) Phylarchus, qui in quali bet tribu, equitatus princeps est: sed sub iectus magistro equitum.

Φυλασόμηνος.) Ne deflexit quidem, cauens fugæ suspiciōnem.

Φύλη.) tribus per sese continet decem millia militum. Phylem alij dicunt municipium esse Oeneia tribus. Menæder locū esse putat, Philochorus castellum.

Φύσος.) Aristophanes: Nihil est melius, neq; suauius, q̄ enatas esse pennas.

Φύσος.) Veteres dicebant, nihil natura frustra esse. Figuras autem syllogismorū non esse natura: neq; necessarium esse, eas utiles dicere. (τὸ δὲ χρησιμὸς ἴσως χαρῶν ἔστιν Ἰπταφείας, αὐτὰ γινόμενα.) Sed quia utilitatis cuiusdam gratiā extrinsecus e ueniant: ipsas fieri. Syllogismi autem nō ut cibi & potus naturales nobis sunt. Aliz

Alia enim horum sunt regulæ, mores, leges, & studia popularia, singulatim & uirritim. Mutare igitur ea licet, & in maxime contrariam, si libeat, transferre uitæ rationem. Vnde quibusdam, nec ij qui natura uidentur perniciosi cibi, & uenenati, medicamento adhibito, incommodarunt.

Cibi.
Venena.

Attica mulier.
Venenum
Mithridas
tis.

Atticam certè quidem mulierem illam, aconitum tanquam olera esitasse ferunt: & Ponticam beluam istam, quisquis Mithridates ille fuit, exhausto magno calice ueneni non perijsse, quod corpus eius ita confirmatum esset, ut tinctura ferrum, rebus contrarijs: quas sæpè adhibebat, q̄ suspectos haberet homo nefarius, à filijs aut spicatus, uniuersos homines, quasi ipsi in sidiates soli, ob præclarã illam tyrannidẽ.

Φυσικὸς λόγος. Post disputationes de moribus, philosophi res naturales tractant: hoc est, de corporibus, de principijs & elemētis, de mundo, de luce & uacuo, de sideribus, de Sole, de ratione hominis: quomodo cernamus: quæ uisionũ in speculis causa sit: de nubib⁹, tonitruis, iride. Tria sunt in rebus naturalibus, forma, materia, & causa per quam forma est in materia. Et uersantur (inquit) in his methodi quinq̄: Physica, Ars particularis, Dialectica, Mathematica, Prima philosophia. Est autem physici, de omnibus, quæ expositæ sunt, animæ partibus differere, & de materia, & naturalib. rebus, & * de forma causæ: ueluti, cœlestium materiam esse non elementa, sed aliud corpus. Rursus quæ sit eorum forma: nempe globosa: & quare globosa sit: quia capacissima. Nam in planis, aliarum figurarum capacissima est circulus: in solidis sphaera. ut etiam Plato in Timæo, hac de causa globosum cœlum factum esse tradidit. Et Aristoteles reddit causam de figura cœli. Ei enim, inquit, q̄ æternum futurũ sit, & c. Definit etiam Plato ex habitudine, quam obtinet (πρὸς τὰ πρὸ αὐτῆς) ad ea quæ illud antecedunt (αὐνοητὰ ἔστιαι.) Proxima autẽ supra cœlestia sunt, essentiæ intellectuales. Decet autem id quod à causa ortũ est, quam similitimum fieri proximæ causæ, (ἡ αἰτία τὸν ὁμοίον τῷ πρὸσσεχεῖ αὐτίαν) & hui⁹ imaginem & imitamen referre. Propter hoc igitur, inquit, circulo mouetur cœlum, q̄ mentem imitatur. Propriũ enim est mentis, in se uergere. Ea enim est quæ uideat, & quæ uideatur. Videns enim formas, sese uidet: & sese uidens, formas uidet. Plenitudo enim est formarum, & forma formarum. Habet igitur cœlum globosam

* ἡ ἀλλοτρία αἰτία.

Circulus.
Sphaera.

Mentis circulus.

Cœlum globosum.

figuram, ob circularem motum. Eam autem, propter similitudinem cum mente. Aliter: Imitatur mentem, quæ ubiq̄ est. Nam & corpus (πανταχῆ ἔσται) quouis peruenit. Eo igitur quia ubiq̄ est, id quod ubiq̄ est imitatur. Perfectio enim deteriorum est, ad superiora conuersio, & similitudo. Ac ita quidem rerum naturalium & formam, & materiã, & causam Physicus explicabit. Artifex autem in singulis rebus, & ipse de ijsdem differit. Sed differt à physico, quod in particularibus quibusdam rebus uersatur: ut medicus in humanis corporibus: faber in lapidib. & lignis. Sed & is definitionem ita instituet, ut & formam & materiã & causam comprehendat. Differt etiam alijs rationibus.

Perfectio, ad superiora conuersio.

Natura est simplex eorũ quæ sunt, motio: eaq̄ in quinq̄ distributa partes. Intellegens, (Φύσις νοερά) ut in angelis, ex ipsis intellectionibus mutuò cõuenientibus. Rationalis, (λογική) ut in hominibus, nominibus & uerbis, obscuros animi motus alijs declarans (αἰσθητική.) Sentiens, quæ in brutis cernitur. præter enim facultatẽ alendi, augendi & generandi, etiam sentientem habent. Naturalis, (Φυσική) quæ in plantis est. mouentur enim & illæ ui alendi, crescendi & generandi. Inanimis, (ἀψυχὸς) ut in lapidibus, quod & illi mouentur qualitate & loco: qualitate, quia calefcunt, & frigesunt: loco, ob transitũ ex loco in locum, alieno motu.

Natura.

Φύσις. Natura est, quæ & mundũ continet, & quæ res in terra gignit. Aut sic: Natura est habitus, qui ex sese mouetur, secundum seminales rationes, perficiens & complectens ea quæ ex se sunt, temporibus definitis, & talia agens à qualib. separata est. Hæc utilitatẽ spectat, ut ex cœli opificio apparet. Aut, natura est principium uniuersorum, uniuscuiusq̄ rei motionis & quietis: ut terra mouetur florescendo, animalia gignendo, deniq̄ alteratione. Sed quiescit transitu à loco ad locum, quia prorsus est stabilis atq̄ immobilis. Principium igitur talis motionis & quietis essentialiter: hoc est, naturaliter (ἔσσιωσθῶς, ἢ γὰρ Φυσικῶς) & non per accidens terræ insitum, naturam uocant. Non motionem autem ipsam, & rerum quietẽ, naturam dixerunt: sed principiũ, hoc est causam, qua non per accidens, sed essentialiter essentiæ mouentur & quiescunt. Cum autem Apostolus dicit, Fuimus natura filij iræ, ut etiam reliqui: non hac significatione naturæ utitur (alioqui enim autoris

Natura terre.

Natura filij iræ.

crimen id esset) sed permanentem, & pessimam affectionem, & diuturnam & malam consuetudinem intelligit.

Φυσιολογία Διδάμεις.) Anima vegetatricis facultates tres sunt: uis alendi, crescendi, gignendi. Vegetatrices autem dicuntur, quod istae solae in plantis conspiciantur.

φυτόν.
φυτικόν.

Vita stirpium.

Anima praestantior deteriori etiam comparatur. Sensu praestantia.

Sumus igitur & homines, & animalia, & animata: & quia homines, rationales habemus facultates: ut animalia autem, irrationalia: ut animata, vegetatrices. Animata enim etiam plantas dicimus. Animatorum enim est, ali, & crescere, & similia sibi gignere. Dicuntur autem ista & uiuere & mori. Iam uita & mors praesentia & absentia sunt animae. Ac quae uitas meliores habent: necessario etiam deteriores habent: non e contrario. Neque enim fieri potest, ut rationales habeant facultates, nisi prius habuerint inferiores. Atque adeo nemo particeps esse potest sensus praestantioris, qui non particeps fuerit deterioris. Quae itaque praedita sunt uisu, haec & auditu & reliquis praedita sunt: & quae auditu, eadem & olfactu & gustatu, & tactu. non autem quae & olfactu, & gustatu, & tactu: etiam uisu praedita sunt: ut talpa, neque quae tactu, haec etiam ceteris: ut, spogia tactu praedita sunt, neque ullo alio sensu. Itaque fieri non potest ut praestantior habeat, qui deteriore non habuerit. Idque non quod praestantiores, quo subsistant, indigeant deterioribus: sed contra potius, corpus non potest esse particeps meliorum, nisi prius fuerit particeps deteriorum.

PRINCIPIUM LITERAE X.

Χαβρίας.) Chabrias, dux Atheniensium fuit.

Χαγανός.) Chaganus, princeps Scytharum. Iureiurando summa leuitate contempto, subito bello amica tuba sublata, copias cogebat.

Χαίρα.) Aristophanes: Bona illa quidem est, sed Corinthia: hoc est, meretrix. propterea quod Corinthus scortis plena fuit.

Χάλαζα.) Grando, nubes concreta, & a uento dissipata & delata. Nix densatus humor ex nube. Grandines sunt, in aere aquosae humiditatis longe supra terram densatio. Ac nix quidem minus quam pluuia, grando autem magis densata. In terra uero cum minus est, gelu: glacies, cum maius. Nix uero non est congelatio: sed potius in diuerso colore qualitas est ipsius (περὶ ἀλλοίαν χροίαν ἢ ποιότητος αὐτῆς.) Aristophanes Grandinem appellat, grandia uerba uerba Euripidis.

Χάλαζα.) Aut est laxo podice, aut grandinosus. Morbus autem est pecorum, qui uiuentibus illis latet: mortuis & occisis conspicitur. Carnibus enim illorum est admista & insita grando. Solent autem cocipalorictus porcorum post iugulationem aperire, & uidere grandinosi ne sint. Grando autem omne malum porcorum est.

1012
Pristini
Sphacis

Χαλαρός.) Delectaris ferendis laxis calcis. Erat clemens & misericors erga supplices, aut suorum amicorum aliquos.

Χαλάσση.) Aqua coelitus delapsa laxauit neruos barbaris. Mollit arcuum cornua. Et uehementiam & impetum ictus ademit. χαλάσω τὴν ἱερὰν ἄγκυραν. Solua sacram ancoram. Metaphora est sumpta a nauibus, quarum salus pendet ab anchora. Sacra autem, id est magna, uel bona. Diodorus: Rege remittente, & mollito eoratione, permittit ei facere quae uellet.

CHALASTREVM nitrum, a Chalastra, palude Macedoniae.

Χαλβάση.) Vinctio quaedam, efficax ad equos.

Χαλδαίικος Ἰπποδρόμασι.) Dubitanti Proclo, quomodo Isidorus aues imitaretur, & quarundam uocum sonos in Chaldaicis studijs: ipse monstrabat uiam imitationis cum aliorum, tum passerulorum, & auium domesticarum (gallinarum) quae instrepant alis, cum se incitant ad uolandum.

CHALDAEI. Gens Astronomia peritissima.

Χαλεπὰ τὰ καλὰ.) Difficilia quae pulchra. Pittacum, deponentem principatum, ad adolescentes dixisse ferunt: Difficile est esse bonum Solonem autem illius molliciem taxantem dixisse, Difficilia sunt quae pulchra. Quare utriusque dictum in Prouerbium abiit.

Difficilia quae pulchra.) Ferunt, Perandrum Corinthium ab initio popularem fuisse. Postea uero, mutato ingenio, tyrannicum euasisse: unde Prouerbium hoc ortum sit. Alij difficilia ea quae fieri nequeunt, interpretantur: quasi ille suum institutum tenere non potuerit.

Χαλεπὸν χορῶν κῦμα γάβαν.) Periculosum est secundas cani gustandas praebere. Inuolucrum infantis, chorion uocatur. Quo canes gustato, infantibus ipsis prauiditate inlidiantur.

Χαλεπώτατον.) Aristoteles 2. Topicorum ait, Difficilimum esse, inuertere propriam appellationem accidentis. Difficilimum dicit, quod neque simplex, neque promptum est, ut in alijs.

χαλε